Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adest alia Editione

M. Th. u. Sch. 136
VD16
(Ink.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex libris. dim Balthasaris Schencky. Ao. 80. nunc Adami Melmanni. 1601

Rabanus De inſtitutiōe clericorum. ad Heiſtulphū Archiepiſcopū. libri tres.

Eiuſdem epiſtola ad Humbertum epiſcopum. quota generatione licitum ſit matrimoniū.

De ſeptem ſignis natiuitatis domini.

De ortu. vita & moribus Antichriſti.

Clerice uis radi ſummo ſeruire tonanti
Et neſcis cleri munus & officium.
Perdidiciſſe uelim. modo ſi mihi copia fiat
Vnde queam dicis noſſe: uel unde petam.
Accipe quę nemo clerus neglexerit unq́ꝫ
Nomina qui rebus conſona ferre cupit.
Valete.

Adamus Melmannus Heisensis. Anno salutis nostræ restauratæ 1608.

Martinus Glor

Ad Lectorem

Non habet iste liber turpes, quos dicat, amores,
Nec uanos ritus continet iste liber.
Non dicit magicas quas sit capienda per artes
Fœmina, quove modo sit retinenda viro.
Sed clero ostendit vitæ normamque modumque;
Qualis in officio debeat esse suo.
Qui cupis ergo tuæ bene consuluisse saluti,
Sedulus hunc moneo, volue, revolue librum.
Hic bona percipies Crœsi meliora talentis,
Frumentisque opibus nobiliora Midæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hendecaſyllabon in Rabani Mauri inſtitutiones.
Vdalrici Carinthi. pro lectoribus.

Quis ſit queritis ille quem videtis
Lectores. iuuat hoc referre vobis.
Rabanus uocor. huc venite. adeſte
Omnes vndiq̧ quotquot eſtis. oro
Saltem ſi fuerit nihil moleſtum.
Et noſtrum legite hunc nouum libellum
Non ſane illepidum neq̧ inuenuſtum.
Ex quo perſpicue haurietis. omnes
Cleri delicias. decusq̧ honorem. et
Quicquid vel fidei decet miniſtrum.
Nemo hinc ſpernere. nec putare parui
Debet. ne νεμεσις citet furorem.
Pœnę. quare ſapiſtis? hanc cauete.
Omnes interea valete. abite.
Quis ſim queritis? ecce nunc videtis.

Ad lectorem.
G. S.

De clericorum inſtitutione lector ingenue opus. ante
dies paucos ſub forma monadis. editum increuiſſe ad
numerum gratiarum iam forte contemplando mira=
bere. opus inquam filo originali non penitus diſſimile
& conſumatius. Verũenimuero meminiſſe te velim
ex nobiliſſimo Hirſaugię Monaſterio nuper: veluti cel
la libraria litteraturę multiplicis depromptũ iam inte=
grũ aſſecutos. cũ prius apud nos extiterit nõ integrũ.
Rogamus itaq̧ ęquo coemas animo. Inuẽies enim dũ
multa alia ad bonam frugem ducentia. tum vel maxĩe
clericorum inſtitutiones. & ad intelligendum vtrumq̧
teſtamentum ſcitamenta ſagaciſſima. Vale.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In ſacerdotes [illegible]

Georgius Symler Lectoribus fœlicitatem.

Cogitãdo iam olim in eoipſo fui ingenue lector. quonam pacto efficerē. ne clericuli quidã noſtri tẽporis; (non ſine ſua graui iactura) tam perdite tempus abſumerent. atq̧ idip̄m poetę nobilis & ſapientis in mediũ profari. liberũ cuiq̧ cum veritate foret clericulo.

Non mea magnanimo depugnat teſſera talo
Senio nec noſtrum cũ cane quaſſat ebur
Hęc mihi charta nuces. hęc eſt mihi charta fritillus
Alea nec dãnum: nec facit iſta lucrum.

Et vt antiq̄s ſpectatioĩbus ĩeſſe (ſua opiniõe) vim et litteraturã ſi non anĩaduerterent. ſaltem paruulę cuidã lectioni aliquid operę impenderẽt. non tam propenſe pyrgo ĩminentes. Alea quadam feſtiua & honeſta luſitarẽt. ne ĩ numerꝫ ſuffecti viderẽt̃ q̃rꝫ Baptiſta memĩt cui Pio cognomẽtũ eſt in Rudẽte Plauti. Tales (ĩquit) ſacerdotes eſſe dñt. qui ſicuti templi ſunt antiſtites. ita ꝓbitatũ ſint pręſides. Nũc meri ſunt gulones. cuppedię. ganeiq̧ voraginibus impliciti et mulieroſitatis. vt cũ illos videas vultũ & palliũ videre poſſis. ſacerdotẽ deſideres. ij̃s pulchellis coma gradatim ſcãſilis. om̃es valgiis oſculis. calceos follicantes reſpuũt. colobia indignant̃. manuleatas tunicas appetũt. pętis & incaſtigatis oculis. quos cũ videas. non presbyteros cenſeas ſed procos. & quibus in ſolo viuendi cauſa palato eſt. verbis Ariſtideis. opibus Sardanapaliciis. vt id verum ſit ſacerdotium orbi religionẽ aduexiſſe & abſtuliſſe. Recolligant tandem mentẽ & Apollinaris id aureum dictũ memorię teneant. Nam ſacerdotis pater filiuſq̧ pontificis. niſi ſanctus eſt. rubo ſimilis efficit̃. quem de roſis natũ roſaſq̧ parientem. & genitis gignentibuſq̧ floribus mediũ pũgentibus cõparanda pc̃tis dumorũ vallat aſpitas. hęc Pius. Enixe igit̃ cõſuluimus qui iſta

ſectari non deſinūt. uti quam celerrime ocioſi redderētur ocio inquā Attiliano ut eſt apud Plinium nepotē. quod ociari ſatius eſt quam nihil agere. utq̧ ad eā rem inſtitutōnū Rabani authoris teſtatiſſimi lectio ancillaretur. qualem clericus quiſq̧. ſi ſe craſſa(ut aiunt)non dedecet Minerua in obſtruſo eſſe ſinet nequaquam. Curauimus inq̧ ad cōmunem omniū ꝓmouendorum uſum. impreſſioni cōmittere hęc pauca regularia. pręmittentia ad res ſequentes aditū inſtructiorē. tamquā epitoma & ꝓmptuariū quoddam rationum de rebus eccleſiaſticis. quod author decreti Gracianus legendo minime neglexit per totam quartam diſtinctionem de conſecratione. edituri deinceps ſi hęc placuiſſe cognouerimus. deo optimo maximo annuēte. Vualafridi & ipſas egregias inſtitutiōes & fortaſſe regularia Baſilij. doctoris in eccleſia nō minus eruditi atq̧ antiqui ſimul ac ſancti. quibus tempus fallere noſtro ęuo ꝓfeſſores rerum eccleſiaſticarum queatis. de quibus racionem reddere plurimi in ſeipſis noſcitandis nihil laborantes nequeūt. Aſſumite itaq̧ pro foribus ueſtris operiētes & ſedentes libellos. qui ultro occurrūt ut doceāt quid pontifex? quid unctio & indumenta eius? conferētes. intra ſacrarium cordis ueſtri quorū meminiſſe pretiū eſt operę uos qui clericatum adipiſcimini. ne ſi iſta negligentes & utrūq̧ forte maiora quoq̧ nō conferētes perinde ſitis atq̧ hij. quorū(ut poeta inquit) Gaudeat aduerſis fœmina uirq̧ malis. Valete.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Proemium Rabani ad fratres Fuldenſis monaſterij.

Cernite quid uoluit fratres ſententia legis.
  Quę mandat rite noſcere verba dei.
Aures quiſquis habet hic audiat īquit aptas.
  Qui d dicat ſanctus ſpiritus eccleſiis.
Cui pſalmiſta pari concordat grāmate plebē.
  In legem domini cernere rite iubens.
Sic q̊ꝗ nos ſemꝑ oculis atq; auribus eſt fas.
  Intentis fratres diſcere uerba dei.
Quid mandet dictis. quid factis indicet ipſis.
  Quę codex geminis continet ille ſuis.
Quid celebrando piis ſignet chariſſima xp̄i.
  Sponſa ſacramentis et ſtudiis uariis.
Nāq; popoſciſtis hęc vobis reddere ſcriptis.
  Exhibui paruis hęc tribus ipſe libris.
Quid cultura uelit gradibus qd nūciet almis
  Quid prece quid feſtis ſancta dei eccleſia.
Dogmata q̄ cūctis pia diſcere quęue docere.
  Condecet ordinibus myſtica dicta dei.
Si licet hęc tota non poſſim carpere ſcriptis.
  Plurima complexus hic tamen arte dedi.
Hęc ego peccator Rabanus dona tonantis.
  Vobiſcum capiens nunc pia participo.
Supplex vos poſco teſtās per ſceptra tonātis.
  Me ut commendetis vos pręcibus domīo.
Quatinus ipſe pius concedat dona ſalutis.
  Vobiſcum mihimet regna beata poli.
Chriſtus dux veſter. xp̄s rex. xp̄s amator.
  Semꝑ vos ſaluet ſummus in arce deus.

RABANI MAVRI MAGVNTINENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPI. IN LIBRVM DE INSTITVTIONE CLERICORVM PRAEFATIO.

d Omino reuerendiſſimo ac religioſiſſimo Hei⸗
ſtulpho Archiepiſcopo. Rabanus minimus ſer
uorum dei. ęternam in Chriſto optat Salutem.
Cum te ſanctę pater. ꝑ merito ſummę pietatis plurimi
venerentur. & omnibus fidelibus cauſa magnę fidei et
ſanę doctrię. honorabilis atq̃ꝫ amabilis exiſtas. cōgruū
eſſe iudicaui. vt ego in quē plurimū tuorū beneficiorū
contuliſti. aliquod munuſculum licet non condignum.
tamen ut credo non ingratū. tuę venerationi deferrē.
nihil verens de precio. quia animus in bonitate diues.
magis ęſtimet deuotionem offerentis quam donū. &
hac fiducia. auſus ſum partem laboris mei. quā in ſtu⸗
dio ſacrę lectionis elaboraui. tibi quem benigniſſimū
atq̃ꝫ ęquiſſimū eſſe ſcio. vice mūeris dirigere. a te qua⸗
liſcumq̃ꝫ ſit reciperetur. ac tuo ſacro iudicio probaretr̃.
atq̃ꝫ ad purum examinaretur. Quęſtionibus ergo di⸗
uerſis fratrum noſtrorum. & maxime eorum qui in ſa
cris ordinibus pollebant. reſpōdere compellebar. qui
me de officio ſuo & uariis obſeruationibus quę in ec⸗
cleſia dei decentiſſime obſeruantur. ſępiſſime et inter⸗
rogabant. & aliquibus eorum dictis. aliquibus vero
ſcriptis pro vt oportunitas loci ac temporis erat. ſecun
dum authoritatem & ſtilū maiorum ad interrogata re⸗
ſpondi. ſed non in hoc ſatis eis facere potui. qui me in⸗
ſtantiſſime poſtulabant. immo cogebant. vt omnia hęc
in vnum volumen congererem. vt haberent quo aliq̃
modo inquiſitionibus ſuis facerent ſatis. & in vno co⸗
dice ſimul ſcriptum reperirent. quod antea non ſimul.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed ſpeciatim ſinguli pro ut interrogabant in foliis ſcri-
pta haberent. Quibus conſenſi. & quod rogabant feci
quantum potui. Nam de hoc tres libros edidi. Quorũ
Primus de eccleſiaſticis ordinibus. & de ueſte ſacerdo-
tali continetur. Item de quattuor chariſmatibus eccle-
ſię. ideſt Baptiſmo. & Chrſimate. Corpore et ſanguine
domini. et de officio miſſę ſecundum morem Romanę
eccleſię. Secundus autem liber continet de officio ca-
nonicarum horarum. & de ieiunio. & de confeſſione
ac pœnitentia. de legittimis quoq; ieiuniis. & feſtiuita-
tibus variis. de lectionibus & cãtu eccleſiaſtico. de fide
catholica. & econtrario de variis hereſibus. Tercius
vero liber edocet quomodo om̃ia quę in diuinis libris
ſcripta ſunt inueſtiganda ſunt atq; diſcenda. nec non &
ea quę in gẽtilium ſtudiis & artibus eccleſiaſtico viro
ſcrutari vtilia ſunt. Nouiſſime vero liber ipſe exponit
quomodo oportet eos qui docendi officium gerunt.
diuerſos auditores diuerſis allocutiõibus ammonere.
& in doctrĩa eccleſiaſtica fideliter erudire. Et quia hęc
omnia quę diximus ad clericorum officium maxime
pertinent qui locum regiminis in eccleſia tenent. & de
vniuerſis legittĩs dei ppl̃m dei inſtruere debẽt. placuit
ipſos libros de inſtitutione clericorũ nuncupari. ideſt
cum qua ſe uel ſibi ſubditos ad ſeruitium diuinum in-
ſtruere debẽt. Proinde obſecro te ſanctę pater. vt obla
tum tibi opus ſuſcipias. ac pie relegens. diligent̃ illud
examines. & ita quę in eo rationabiliter inueneris di-
ctata. ei hoc tribuas. a quo eſt ratio creata. ſi qua vero
inconſiderate reperęris prolata. tuo ſtudio citius red-
das illa emendata. Tuo enim magiſterio ſemper me
libens ſubdam. a quo recordor me accepiſſe dignita-
tem eccleſiaſticã. Confido tamẽ oĩpotentis dei grę. q̃d
fidẽ & ſẽſum catholicũ ĩ oĩbus tenuerĩ, nec p me q̃ſi ex

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

me ea protuli. ſed authoritati innitens maiorũ. per oĩa illorum veſtigia ſum ſecutus. Cyprianum dico atq; Hilarium. Ambroſiũ. Hierõymũ. Auguſtinũ. Gregoriũ. Ioannẽ. Damaſum. Caſſiodorum. & cęteros nõnullos quorum dicta alicubi in ipſo opere (ita ut ab eis ſcripta ſunt) per cõuenientiã poſui. alicubi quoq; eorũ ſenſum meis verbis propter breuitatem operis ſtrictim enunciaui. Interdum vero ubi neceſſe fuit. ſecundũ exẽplar eorum quędam ſenſu meo protuli. In omnibus tamen (ni fallor) catholicam imitatus ſum veritatem. a qua (ſi dominus adiuuerit) non pacior ullo modo diuelli. quã & te prę omnibus habere atq; amare confido. & ideo tua ſuffragia ſupplex peto. vt ipſa ueritas omniũ creatrix atq; gubernatrix. licet nõ meis meritis. tñ propter tuam ſacratiſſimã orõnẽ me in ſe ſine vllo deuio erroris in ęternũ conſeruare dignetur. Beatitudinẽ tuam opto ſemp̱ bene valere in oĩbus ſc͠tẽ pat̃ mẽorem nr̃i.

Incipiunt capitula libri primi de inſtitutione clericoꝝ.

Primum	De vna dei eccleſia catholica.
II.	De tribus ordinibus eccleſię.
III.	De tonſura clericorum.
IIII.	De Gradibus eccleſiaſticis.
V.	De ordine tripertito epiſcoporum.
VI.	De presbyteris. VII. De diaconis.
VIII.	Dd ſubdiaconis. IX. De Acolythis.
X.	De Exorciſtis.
XI.	De Lectoribus ac Pſalmiſtis.
XII.	De Hoſtiariis.
XIII.	Quos oporteat ad ſacrum ordinem accedere & q̃ ordine.
XIIII.	De Veſtimentis ſacerdotalibus.
XV.	De Superhumerali.

XVI. De podere ideſt tunica linea.
XVII. De Cingulo. XVIII. De fanone.
XIX. De Orario. XX. De Talmatica.
XXI. De Caſula. XXII. De Sandaliis.
XXIII. De Pallio. XXIIII. De ſacramentis
XXV. De baptiſmatis ſacramento. (eccleſię.
XXVI. De Cathecuminis.
XXVII. De Catheçiçandi ordine.
XXVIII. De Tinctione baptiſmi. & vnctione chriſmatis.
XXIX. Dd indumento baptiçati et Euchariſtia.
XXX. De impoſitione manus Epiſcopalis. & chriſmatis ſacramento.
XXXI. De ſacramento corporis et ſanguis dñi.
XXXII. De officio miſſę.
XXXIII. De ordine miſſę.

Expliciũt capitl'a libri primi.

Incipiũt capitl'a libri ſcd'i.

Primum. De officiis atq̃ oracionibus Canonicarꝫ
II. De Matutina celebratione. (horarum.
III. De officio primę horę.
IIII. De tercię horę celebratione.
V. De officio Sextę horę.
VI. De officio nonę horę.
VII. De Veſpertina celebratione.
VIII. De Completorio.
IX. De nocturna uigiliarum celebratione.
X. De cęteris legittimis orationibus.
XI. De peculiaribus orationibus.
XII. De quadripertita ſpecie orationum.
XIII. Quomodo ex his ſpeciebus compũctio naſcatur.
XIIII. De exomologeſi ideſt confeſſione.
XV. De Letaniis.
XVI. De diſcretione orationis dominicę.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

XVII. De Ieiunio.
XVIII. Quid ſit inter ieiunium et ſtationem.
XIX. De ieiunio q̄rti.quīti.ſeptimi. & decimi
XX. De Quadrageſimali ieiunio. (menſis.
XXI. De ieiunio Pentecoſtes.
XXII. De Ieiunio ante natale domini. quod fit in nono & decimo menſe.
XXIII. De cęteris legittimis ieiuniis.
XXIIII. De ieiunio quattuor ſabbatorū in q̄bus xii. lectiones fiunt & ſacrę ordinatiōes.
XXV. De priuatis ieiuniis.
XXVI. De origine biduanę ſiue triduanę.
XXVII. De eſu carniū & de potione vini.
XXVIII. De Eleemoſinarum differentia.
XXIX. De Pœnitentia.
XXX. De Satiſfactione et reconciliatione.
XXXI. De Natiuitate domini.
XXXII. De Epiphania domini.
XXXIII. De Purificatione.
XXXIIII. De Septuageſima. & .lx. & .l. & . xl.
XXXV De die palmarū. XXXVI. De cęna
XXXVII. De Paraſceue. (domini.
XXXVIII. De Sabbato ſancto paſchę.
XXXIX. De Paſcha domini.
XL. De Aſcenſione dn̄i. XLI. De Pente-
XLII. De die dominica. (coſte.
XLIII. De feſtiuitatibus ſanctorum.
XLIIII. De ſacrificiis pro defunctis offerendis.
XLV. De Enceniis. et vnde omnis ille ordo ori ginem duxerit.
XLVI. De feſtiuitatibus ueterum. & vnde feſta vel ferię ſint dictę.
XLVII. De Cantico. XLVIII. De Pſalmis.
XLIX. De Hymnis. L. De Antiphonis.

LI. De Reſponſoriis. LII. De Lectiōibus.
LIII. De Libris duorum teſtamentorum.
LIIII. De Scriptoribus ſacrorum librorum.
LV. De Benedictionibus.
LVI. De Symbolo.
LVII. De Regula fidei.
LVIII. De Hęreſibus variis.

Expliciunt capitula libri Secundi.

Incipiunt capitula libri Tercij.

Primum. Quid eos ſcire et habere conueniat. qui ad ſacrum ordinem accedere uolunt.
II. De eminentia ſanctarū ſcripturarum. & ad quid omnis ſcientia referenda ſit.
III. Quibus obſcuritatibus ſcriptura ſacra ſit īuoluta. et q̄d eā temere alicui legere (ñ liceat.
IIII. De gradibus ſapīę et charitatis.
V. Qđ ijs qui ad ſapientię integritatē peruenit. ad charitatis perfectionē ꝑueniat.
VI. De modo legēdi ſacras ſcripturas.
VII. De canone Hebręorū. quomō apud eos tripertitus eſt ordo diuinarꝫ ſcripturarꝫ.
VIII. Vnde ſit q̄d nō intelligūt̄ q̄ ſcripta ſunt.
IX. De Ignotis ſignis.
X. De Tranſlatis ſignis.
XI. De Ambiguis ſignis quomō conſtant.
XII. De Ambiguis propriis.
XIII. Modus inueniendi utrū locutio propria ſit an tranſlata.
XIIII. De varia ſignificatione verborum. quę conſtat in contrarietate & diuerſitate.
XV. Quod non ſit periculum varius intellectus in eiſdem ſcripturę verbis. ſi ſenſus ipſe congruat veritati.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

XVI. De duobus generibus doctrinarũ genti liũ. et quę ſunt illa quę inſtituerũt hoĩes.
XVII. Quę diuinitus inſtituta inueſtigauerũt.
XVIII. De arte grãmatica et ſpeciebus eius.
XIX. De Rhetorica. XX. De Dialectica.
XXI. De Mathematica. XXII. De Arithmetica
XXIII. De Geometria.
XXIIII. De Muſica. XXV. De Aſtronomia.
XXVI. De Philoſophorum libris.
XXVII. De adquiſitione et exercitio virtutum.
XXVIII. Quid debeat doctor catholicus ĩ dicẽdo agere.
XXIX. Quod authores canicorum librorum & ſapientes & eloquentes fuerunt.
XXX. Qđ facili locutõe vulgus debeat doceri.
XXXI. De optimo modo dicendi. & quid oporteat prędicatorẽ in dicendo obſeruare.
XXXII. De triplici genere locutionis. quod Romani author eloquij ita diſtinxit.
XXXIII. Quãdo ſubmiſſo genere. & quãdo temperato. quãdoq; grãdi vtendũ ſit dicẽti.
XXXIIII. Exempla in aplo de prędictis generibus tribus.
XXXV. Quomõ debeãt ĩter ſe hęc tria pmiſceri.
XXXVI. Quid ſit ſapienter et eloquenter dicere. & q̊d alienũ nõ dicat. qui ab alio prolata bene viuens prędicat.
XXXVII. De diſcretione dogmatũ iuxta qualtiatẽ auditorum.
XXXVIII. Quę virtutum ſpecies contrarię ſint ſingulis ſpeciebus viciorum.
XXXIX Quod oporteat poſtulari a domĩo poſſibilitas prędicationis.

Incipit liber Rabani Mauri. De Inſtitutione clericorũ.

DE VNA ECCLESIA DEI. CA.I.

Ccleſia ergo dei catholica quę p̱ totũ orbem dilatata diffundit̃.chriſti nomine nobilitata glorificatur. Omnis enim homo qui rectę fidei exiſtit p̄ticeps.& ſacro baptiſmate regeneratur.a chriſto chriſtianus uocatur.et dei patris atq; eccleſię matris noſcit̃ eſſe filius. εκκλησια. Eccleſia gręcum eſt.quod in latinum uertitur conuocatio ſiue conuentus.eo quod omnes conuocat ad ſe. καθολικος. Catholica autem dicitur ideſt uniuerſalis. quia in toto mundo una eſt eccleſia chriſti. quę & ſponſa chriſti & corpus eius eſt.

DE TRIBVS ORDINIBVS ECCLESIAE.Ca.II.

Vnt tamen tres ordines in eccleſia.Conuerſantiũ ideſt laicorũ. mõachorũ. & clericorũ. Quorũ primus ideſt laicus ordo. popularis interpretatur.λαος.Laos enim gręce.populus latine dicit̃.Secundus eſt Monachicus ideſt ſingulariter conuerſans. hoc eſt a ſeculari conuerſatione remotus.μονασ.Monas enim gręce ſingularitas dicit̃. & μοναχοσ.Monachus ſinglr̃is uł ſolitarius. Tercius eſt ordo clericalis. κληροσ. Cleros quippe gręce. ſors vel hereditas dicitur. Cleros autem uel clericos hinc appellatos doctores noſtri dicunt.quia Mathias ſorte electus eſt.quem primum ab apoſtolis legimus ordinatum. ſic & eos quos illis temporibus eccleſiarũ prĩcipes ordinabãt. ſorte legebãt. Nã & hereditas gręce κλερονομια cleronomia appellat̃.& heres cleronomos. Propterea ergo dicti ſunt clerici quia de ſorte ſunt domini.uel quia domini partẽ habẽt. ſicut de eis ſcriptũ eſt loquẽte dñо.Ego hereditas eorum. Vnde oportet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt qui deũ hereditate poſſidẽt. abſq3 ullo impedimẽto ſeculi deo ſeruire ſtudeant. ut congrue illud pſalmiſtę dicere poſſint. Dominus pars hereditatis meę. Iſte aũt ordo pręponit̃ in eccleſia. quia iure in ſanctis deſeruit. & ſacramenta populis diſpenſat. Sicut enim in ueteri teſtamẽto. tribus Leui pre ceteris tribubus peculiarit̃ a dño electa eſt. ad ſeruiendum illi per diuerſa officia in tabernaculo. quod eſt eccleſia pręſens. ut ſeruiãt ei die ac nocte ĩ tẽplo ſãcto eius. ut ſint populo in his quę ad deum pertinent. ut offerant deo dona & ſacrificia. pro ſua et populi ignorantia. ut iudicent inter iuſtum et iniuſtum. & diſcernãt inter ſanctũ et profanũ. inter pollutum et mundum. doceantq3 populum dei omnia legittima eius et pręcepta. quę mandauerat ad eos.

DE TONSVRA CLERICORVM. Ca. III.

Onſura eccleſiaſtici uſus a Nazareis (ni fallar) exorta eſt. qui prius crine ſeruato. denuo poſt uitę magnę cõtinentiã deuotiõe cõpleta caput radebant. & capillos in ignẽ ſacrificij ponere iubebãt. ſcilicet ut pfectionem deuotionis ſuę dño cõſecrarent. Horum ergo exẽplis. uſus ab apoſtolis ĩtroductus eſt. vt hij qui in diuinis cultibus mancipati dño conſecrãt̃. quaſi Nazarei ideſt ſancti dei crine pręciſo innouant̃. Hoc quippe Ezechieli prophetę iubetur. dicente dño. Tu fili hominis ſume tibi gladium acutũ. et duces per caput tuũ et barbã. uidelicet quia & ipſe ex ſacerdotali genere deo in miniſterio ſanctificationis deſeruiebat. Hoc et Nazareos illos Priſcillã & aquilã ĩ actibus apo ſtolorum primos feciſſe legimus. Paulũ quoq3 apl̃m. et quoſdã diſcipulorũ chriſti. qui in huiuſmodi cultu imitandi extiterunt. Eſt autẽ in clericis tonſura ſignũ

quoddã. quod in corpore figuratur. ſed in animo agitur. ſcilicet ut hoc ſigno. uicia in religione reſecentur. & criminibus carnis noſtrę. quaſi crinibus exuamur. atq; inde innouatis ſenſibus ut comis rudibus eniteſcamus. expoliantes nos iuxta apoſtolum ueterem hominem cum actibus eius. et induentes nouum qui renouatur in agnitiõem dei. Quam renouationem in mente oportet fieri. ſed in capite demonſtrare. ubi ipſa mens noſcitur habitare. Quod uero de tonſo ſuperius capite inferius circuli corona relinquitur. ſacerdotiũ regnumq; eccleſię in eis exiſtimo figurari. Thiara enĩ apud ueteres conſtituebatur in capite ſacerdotum. Hęc ex biſſo confecta rotũda erat quaſi ſphera media. et hoc ſignificatur in parte capitis tonſa. Corona autẽ aurea latitudo eſt circuli. quę regum capita cingit. Vtrũq; itaq; ſignum exprimit̃ in capite clericorũ. ut impleatur etiam corporis quadam ſimilitudine. quod ſcriptum eſt Petro apoſtolo dicente. Vos eſtis genus electum. regale ſacerdotium. Quęritur autem cur modo (ſicut apud antiquos Nazareos) non ante coma nutritur. & ſic tondetur? Sed qui hęc exquirunt aduertant quid ſit inter illud propheticum uelamentum. & hanc euangelij reuelationem. de qua dicit apoſtolus. Cum tranſieris ad Chriſtum auffertur uelamen. Quid aũt ſignificabat uelamẽ interpoſitũ inter faciem Moyſi & aſpectum filiorum Iſrahel. hoc ſignificabat illis temporibus etiam coma ſanctorum. Nam & apoſtolus comam pro uelamento eſſe dicit. Proinde iam non oportet ut uelantur crinibns capita eorum qui domino conſecrantur. ſed tantum ut reuelentur. quia quod erat occultum in ſacramento prophetię. iam in euangelio declaratum eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Sunt quocꝫ quidam doctorum qui aſſerūt diuerſas ob cauſas Petrum apoſtolum hūc ritum primū ſumpſiſſe primitus. ut formā & ſimilitudinē chriſti in capite geſtaret. dum pro redemptione noſtra crucis patibulum ſubiturus. a nefanda Iudeorum gēte acutis ſpinarum aculeis crudeliter coronaretur. Deinde ut ſacerdotes veteris & noui teſtamenti in tonſura et habitu diſcernerent. Poſtremo ut idem apoſtolus ſuicꝫ ſucceſſores et ſequipedes ridiculoſum gannaturę ludibriū in pplo romano portarent. quia & horum barones & hoſtes exercitus ſuperatos ſub corona uendere ſolebāt. Sed de his quid ſuſcipiatur lectoris iudicio dereliquimus. Veniamus ergo nūc ad ſacratiſſimos ordīes clericoꝝ. corumcꝫ originē. & gradus ſingulariť demōſtremus.

DE GRADIBVS ECCLESIASTICIS. Ca. IIII.

Vnt autem gradus eccleſiaſtici octo. quorū nomina hęc ſunt. Hoſtiarius. Pſalmiſta ſiue Lector. Exorciſta. Acolitus. Subdiaconus. Diaconus. Presbyter. atcꝫ Epiſcopus. Iniciū quidem ſacerdocij in ueteri teſtamento Aaron fuit. quācꝫ et Melchiſedech prior obtulerit ſacrificium. & poſt hūc Abraham. Iſaac. & Iacob. legiť et Noe altare ędificaſſe. & ſuper illud domino holocauſtū obtuliſſe. Sed iſti ſpontanea uolūtate. nō ſacerdotali auctoritate iſta fecerūt. Ceterū Aaron primus in lege ſacerdotale nomen accepit. primuſcꝫ pōtificali ſtola infulatus. uictimas obtulit iubēte domino ac loquente ad Moiſen. Accipe inquit Aarō. & filios eius. et applicabis ad hoſtium tabernaculi teſtimonij. cumcꝫ laueris patrem cū filijs aqua. indues Aaron ueſtimētis ſuis ideſt linea & tunica. et ſuperhumerali & racionali quod cōſtringes baltheo. & pones thiaram in capite eius. et laminam ſanctam ſuper thiaram. & oleū unctionis fūdes ſuper

caput eius. atqꝫ hoc ritu conſecrabit. filios quoqꝫ illius applicabis. & idues tũicis. lineis cĩgeſcꝫ baltheo Aarõ ſcilicet. & liberos eius. & impones eis mitras. eruntqꝫ ſacerdotes mei religione perpetua. Quo loco cõtemplari oportet Aarõ ſacerdotẽ ſũmũ fuiſſe. i. epiſcopũ. nam filios eius presbyterorũ figuram p̃monſtraſſe. quibus merito aſtare debuiſſent leuitę ſicut ſummo ſacerdoti. Moiſes uero huius facti mediator Chriſtũ ſignificat. In nouo autem teſtamẽto poſt chriſtũ ſacerdotalis ordo a Petro cœpit. ipſi enim primũ datus eſt pontificatus in eccleſia chriſti. Sic enim loquitur ad eũ chriſtus dñs. Tu es inquit petrus. & ſuper hanc petrã ędificabo eccleſiam meam. & portę inferorũ nõ uincẽt eam. & dabo tibi claues regni cęlorũ. Hic ergo ligandi atqꝫ ſoluendi poteſtatem primus accepit. primuſqꝫ ad fidem populum uirtute ſuę prędicationis adduxit. Siquidẽ cęteri apoſtoli cũ Petro. pari conſortio honoris & poteſtatis effecti ſunt. qui etiam in toto orbe diſpſi euangelium prędicauerũt. quibus decedentibus. ſucceſſerunt epiſcopi. qui ſunt conſtituti per totũ mundũ in ſedibus apoſtolorum. qui iam non genere carnis & ſauguinis eliguntur. ſicut primum ſecũdum ordinem Aaron. ſed pro uniuſcuiuſqꝫ merito fide & doctrina q̃ in eũ gracia diuina contulerit. Quod uero per manus impoſitõnẽ a p̃deceſſoribus dei ſacerdotibus epiſcopi ordinantur. antiqua eſt inſtitucio. Iſaac enĩ patriarcha ſanctus. ponẽs manum ſuam ſuper caput Iacob benedixit ei. & Iacob filijs ſuis. Sed & Moiſes ſuper caput Hieſu naue manum ſuam imponens. dedit ei ſpiritum virtutis & ducatum in populo Iſrahel. ſic & impletor legis & prophetarũ dominus noſter Hieſus chriſtus. per manus impoſitionẽ apoſtolis ſuis benedixit. ſicut in euangelio Lucę ſcriptum eſt. Et produxit illos foras in Bethaniã. et eleuauit manus ſuas & benedixit eis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Factumq̧ eſt cum benedixit illis. diſceſſit ab eis. et ipſi reuerſi ſunt in Hieruſalē cū gaudio magno. Et in acti-bus apoſtolorum ex pręcepto ſpiritusſancti Paulo et Barnabę ab apoſtolis mãus impoſita eſt in epiſcopatū. & ſic miſſi ſunt ad euãgelizandū. Porro quod epiſco-pus non ab uno. ſed a cunctis prouincialibus epiſcopis ordinatur. Id propter hęreſes agnoſcitur inſtitutū. ne aliquid contra fidem eccleſię unius tyrannica authori-tas moliretur. Ideoq̧ ab oibus cōueniētibus inſtituit. ut non minus a tribus pręſentibus. cęteris tamen con-ſentientibus teſtimonio litterarum. Huic autem dum conſecrat̄ datur baculus. ut eius indicio ſubditā plebē uel regat uel corrigat. uel infirmitates infirmorū ſuſti-neat. Datur et annulus. propter ſignum pontificalis honoris. uel ſignaculum ſecretorum. Nam multa ſunt quę ante carnaliū minuſq̧ intelligentiū ſenſus occul-tantes ſacerdotes. quaſi ſub ſignaculo cadunt. ne indi-gnis quibuſq̧ dei ſacramenta aperiantur.

DE ORDINE TRIPERTITO EPISCOPORVM. Ca. V.

Rdo autem epiſcoporum tripertitus eſt. ideſt in patriarchis. Archiepiſcopis. qui et metro-politani ſunt. & in Epiſcopis. πατριαρχοσ. Pa-triarcha gręca lingua pater principum ſiue ſummus patrum interpretatur. quia primum ideſt apoſtolicū retinet locū. & ideo quod ſummo honore fungitur. tali nomine cenſetur. ſicut Archieps̄. Anthiochenus epiſcopus. atq̧ Alexandrinus antiſtes. αρχιεπισκοπος Archiepiſcopus gręco uocabulo dicitur. quod ſit ſum mus uel princeps Epiſcoporum. tenet enim uicē apo ſtolicā. & pręſidet epiſcopis cęteris. Singlis enī ꝓuin-cijs p̄minet. quorum auctoritate & doctrina cęteri ſa-cerdotes ſubiecti ſunt. ſine quibus reliquis ep̄is nihil agere licet. niſi quod ſingulis in ꝓpria parrochia com-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mendatum eſt. Sollicitudo enim tocius prouincię ipſi commiſſa eſt. et om̄es ſuperius deſignati ordines uno eodemq̃ uocabulo epiſcopi nominantur. ſed priuato nomine quidem utunt̃. propter diſtinctionē poteſtatū quam ſingulariter acceperunt. Metropolitanus autē idem uocatur. eo q̄d pręſideat illi ciuitati. quę cęteris ciuitatibus in eadem prouincia conſtitutis quodamō mater ſit. μητροπολισ. Metropolis ergo gręce mater ciuitatū interpretat̃. Epiſcopatus autē uocabulū inde dictum. quod ille qui ſuper efficitur ſuper intendat. curam ſcilicet ſubditorum gerens. σκοπιν. Scopin enī latine intendere dicitur. επισκοπι. Epiſcopi aūt gręce latine ſpeculatores ſiue ſuper intendentes interp̄tant̃. Nam ſpeculator eſt prępoſitus in eccleſia dictus. eo ꝙ ſpeculetur atq̃ ꝓſpiciat populorū infra ſe poſitorum mores et uitam. intimet unicuiq̃ actus ſuos. ſicut dn̄s ad Ezechielem dixit prophetam. Et tu inquit fili hominis ſpeculatorē dedi te domui Iſrahel. audiēs ergo ex ore meo ſermonem annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium morte morieris. nō fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius a uia ſua. ip̄e impius in iīquitate ſua morietur. ſanguinem autem eius de manu tua requiram. et reliqua. Pontifex princeps ſacerdotum eſt. quaſi uia ſequentium. ipſe et ſummus ſacerdos. ipſe pontifex maximus nūcupatur. ipſe enim efficit ſacerdotes atq̃ leuitas. ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit. ipſe quid unuſquiſq̃ facere debeat oſtendit. Antiſtes autem idem dictus eſt. eo quod ante ſtet. primus enim eſt in ordine eccleſię. et ſupra ſe nullum habet ſacerdotem. Sacerdos quidem nomen habet compoſitum ex gręco et latino. quaſi ſacrum dās. Diſpēſat ergo myſteria cęleſtia. fidelibus baptiſmū tradit corpus et ſanguinem Chriſti diſtribuit. et uerbū dei prędicat. Sacerdos aūt uocari pōt. ſiue ep̄s ſit ſiue presbit̃

Epiſcopi autem apoſtolorum uicem in eccleſia tenent ſicut ſupra diximus. Et corepiſcopi ꝗ uicarij ſunt epiſcoporum. ad exẽplum. lxx. ſeniorum conſtituti ſunt. nec aliquid eis magis licet in eccleſia ordinare aut cõſtituere. niſi quantũ eis conceditᷣ a legitimis epiſcopis. qui ſedem & regimen integrum in eccleſijs obtinent. Ordinati ſunt autẽ corepiſcopi propter pauperũ curã. qui in agris & uillis cõſiſtũt. ne eis ſolatiũ cõfirmatiõis deeſſet. Dicti ſunt aũt corepiſcopi. quia de choro ſunt ſacerdotũ. hi autẽ a ſolo epiſcopo ciuitatis cui adiacẽt ordinantur. ſicut presbyteri.

DE PRESBYTERIS. Ca. VI.

Resbiterorum ordo exordium ſumpſit a filijs ut dictum eſt Aaron. Qui enim ſacerdotes in veteri teſtamento uocabantur. hij ſunt qui nũc appellãtur presbyteri. & qui tunc princeps ſacerdotũ nũc epiſcopus uocatur. πρεσβυτερος. Presbyter enim grece. latine ſenior interpretatur. Non pro etate autẽ uel decrepita ſenectute. ſed propᷣ honorẽ et dignitatẽ et doctrinam ſapientię quam acceperunt. presbyteri nominãtur. ſicut per ſapientiam dicitur. gloria ſenum canicies. & item. canicies hominũ prudẽtia eſt. Vnde & apud ueteres idem et epiſcopi & presbyteri fuerũt. quia illud nomen dignitatis eſt. hoc ętatis. Et Paulus apoſtolus ad Titũ ſcribens. huius inqt rei gracia reliq te Cretę. ut ea quę deſunt corrigas. & conſtituas per ciuitates presbyteros. ſicut ego tibi diſpoſui. ſi quis ſine crimine eſt unius uxoris uir. filios habens fideles. non in accuſatione luxurię. aut non ſubditos. et ſtatim ſubiungit. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe. ſicut dei diſpenſatorem. non ſuperbum. nõ iracundũ. non uinolentum. nõ percuſſorẽ. & reliq. Et ad philippenſes epiſcopis & diaconibus ſcribit. Cũ una ciuitas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plures Epiſcopos habere nõ poſſit. ſed ſub Epiſcopo⸗rũ noĩe presbyteros complexus eſt. Ideo autem preſbyteri ſacerdotes uocantur. quia ſacrum dant. ſicut Epiſcopi. ideſt in cõfectione diuini corporis & ſanguinis. et in baptiſmate. & in officio predicandi. Sed licet ſint ſacerdotes. tamen pontificatus apicem non habẽt. quod nec chriſmate frontem ſignant. nec paracletum ſpiritum dant. quod ſolis Epiſcopis deberi lectio actus apoſtolorũ demonſtrat. nec ordinare clericos in ſacris ordinibus poſſunt. quod epiſcopis propter unitatem & concordiã reſeruatur. Secũdi uero ordinis uiri preſbyteri ſunt. quorũ typũ preferebãt. lxx. uiri in ueteri teſtamento. in quibus dominus ſpiritum Moyſi propagauit. ut talibus adiutoribus uſus in pplo. innũeras multitudĩes facile gubernaret. Sic et paterne plenitudinis abũdantia tranſfuſa eſt in Eleazaro & Ithamaro. vt ad hoſtias ſalutares et frequentioris officij ſacramẽtum. miniſterium ſufficeret ſacerdotũ. Sic et apoſtolis Chriſti. doctores fidei cõites additi ſunt. quibus illi orbem totum ſecũdis predicatoribus impleuerunt. & per euangelicam doctrinam dilatauerunt.

DE DIACONIS. Ca. VII.

Euite ex nomine authoris uocati. de nomine Leui Leuite exorti ſunt. a qbus in templo dei myſtici ſacramenti myſteria explebantur. Precepit enim dñs & dixit ad Moyſen. ut poſt ordinatiõm Aaron ſacerdotis et filiorum eius. rurſus Leui tribus in diuini cultus myſterio ordinaretur. & conſecrarent domino pro omnibus primogenitis. et ſeruirent pro Iſrahel. coram Aarõ & filijs eius in tabernaclo domini excubãtes in templo die ac nocte. ipſiq; geſtarent arcã & tabernaculum. et oĩa uaſa eius. & in circuitu tabernaculi caſtra ipſi conſtituerẽt. et in ꝓmouendo taber⸗

naculo ipſi deponerent. & rurſus ipſi deponerent. &
rurſus ipſi componerent. Hi grece. διακονεσ. Diacones
latine miniſtri dicunt̃. q̄d ſicut in ſacerdote cõſecratio.
ita in diacono miniſterij diſpenſatio habetur. In ueteri
teſtamẽto excubabãt in tabernaculo teſtimonij ad prę
cepta Aaron. et ad cuncta opera tabernaculi. uerumtñ
ad uaſa ſanctuarij & ad altare non accedebãt. ſicut mã
dauerat dominus Aaron dicẽs. Ego dedi uobis fratres
vr̃os leuitas de medio filiorũ Iſrahel. et tradidi donum
domino. ut ſeruiant in miniſterijs tabernaculi eius. tu
autem & filij tui cuſtodite ſacerdotiũ ueſtrum. et om̃ia
quę ad cultum altaris pertinẽt. & intra uelum ſunt. per
ſacerdotes amminiſtrabunt̃. et reliq̃. Hij a uigĩti quinq;
annis & ſupra ingrediebant̃. ut miniſtrarent in taber-
naculo fœderis. cumq; quinquageſimũ annum ętatis
explebant. ſeruire ceſſabant. & erant miniſtri fratrum
ſuorum in tabernaculo fœderis. ut cuſtodirẽt quę ſibi
fuerant commendata. In nouo autem teſtamento apo-
ſtoli ſeptẽ diaconos. propter ſacramentũ eiuſdẽ nũeri
ordinauerũt ad miniſteriũ ſacrum. & ad officiũ altaris.
qui leguntur etiam et prędicaſſe. & baptizaſſe nõ pau
cos. ſicut ſanctus Stephanus diſputauit cõtra Iudęos.
& Philippus baptizato Eunucho. euãgelizauit ciuita-
tibus cunctis. donec ueniret Cæſaream. et in Samaria
prędicabat. & baptiçabat eos qui ab apoſtolis Petro et
Ioanne poſtmodũ confirmabantur. Sed baptiçare eis
modo corã Epiſcopis ſiue presbyteris licitũ eſt. Cęterũ
autem non licet. niſi prędictis fortaſſis officijs longius
cõſtitutis. neceſſitas extrema compellat. Hi enim ſunt
quos in Apocalipſi legimus. ſeptem angeli tubiſca-
nentes. Hij ſunt ſeptem candelabra aurea. Hij ſunt
voces tonitruorum ſeptem. Ipſi enim clara uoce in mo
dum pręconis admonent cunctos. ſiue in pſallendo.
ſiue in lectionibus audiendis. Ipſi etiam ut aures habe

amus ad deũ adclamant. Ipſi quoq́ euangeliçant. Sine his ſacerdos nomen habet. officium non habet. Nam ſicut in ſacerdote conſecratio. ita in miniſtro diſpenſatio ſacramenti eſt. Ille oblata ſanctificat. hic ſanctificata diſpenſat. Ipſis etiã ſacerdotibus. propter pręſumptionem non licet de menſa domini tollere calicem. niſi eis traditus fuerit a diacono. Leuitę offerunt oblationes in altaria. Leuitę componunt menſam domini. Leuitę operiunt arcam teſtamenti. non enim omnes uident altare myſteriorum. quę operiuntur a Leuitis. ne uideant qui uidere non debẽt. & ſumant qui ſeruare non poſſunt. quiq́ propterea altari albis induti aſſiſtunt. ut hinc admoniti. cęleſtem uitam habeant. candidiq́ ad hoſtias & ĩmaculati accedant. Quos primus fecit Siluester Papa triceſimus quartus põtifex. in Romana eccleſia. poſt Petrũ. Dalmaticis uti. & conſtituit ut pallio linoſtio eorum leua tegeretur. ſicut in geſtis pontificalibus continetur.

DE SVBDIACONIS. Ca. VIII.

Ypodiacones. υποδιακονεσ. grece. quos nos
h Subdiacões dicimus. qui ideo ſic appellãtur.
quia ſubiacent pręceptis & officijs Leuitarũ.
Oblationes in templo dei a fidelibus ipſi ſuſcipiunt. et Leuitis ſuper ponendas altaribus deferunt. Hij apud Hebręos Nathinnei uocãtur. ut liber Paralippomenõ & Heſdrę teſtatur. quod interpretatur in humilitate domino ſeruientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael. qui in euangelio Ioannis diuina proditione commonitus. ſaluatorem meruit confiteri. quiq́ etiam ad primum diuinitatis iudicium fidelis extuit. proteſtante dño ac dicẽte. Ecce uere Iſrahelita. in q̃ dolus nõ eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iſti q̃cꝫ uaſa corporis & ſanguinis domini diaconibus ad altare offerũt. De quibus quidem placuit patribus vt q̄a ſacra myſteria contrectant. caſti & cõtinentes ab uxoribus ſint. et ab om̃i carnali inmũdicia liberi. iuxta quod illis propheta docente iubetur. Mundamini q̄ fertis uaſa domini. Hi ergo cũ ordinanť non ſuſcipiũt manus impoſitionẽ ſicut ſacerdos & leuitę. ſed patenã tantum et calicem de manu epiſcopi. & archidiacono ciphum aquę cum aqua. mantile et manutergium.

DE ACOLYTHIS. Ca. IX.

AColythi. ακολυθι. gręce latine cęroferarij dicũť a deportandis Cęreis. quando legendum eſt Euangelium. aut ſacrificium offerendum. tunc enim accenduntur luminaria ab eis & deportanť. non ad fugãdas tenebras. dum ſol eodem tempore rutilet. ſed ad ſignũ lęticię demonſtrandũ. ut ſub typo luminis corporalis. illa lux oſtendať. de qua in euãgelio legiť. Erat lux uera. quę illuminat omnẽ hominem uenientẽ in hunc mundum. quorũ typum pręferebant illi. qui domini mandato in tabernaculo lucernas quottidie accendebant. ſuper candelabrum poſitas.

DE EXORCISTIS. Ca. X.

EXorciſtę. εξορκιϛαι. ex gręco in latinũ adiurãtes ſeu increpantes uocantur. Inuocãt enim ſuper catecuminos. uel ſuper eos qui habent ſpiritũ inmundũ nomen domini Hieſu. adiurãtes per eum. ut egrediatur ab eis. Refert Ioſephus. regem Salomonẽ excogitaſſe. ſuamcꝫ gentẽ docuiſſe modos exorciſmi. ideſt adiurationis. quibus immũdi ſpiritus expulſi ab homine. ulterius reuerti non ſunt auſi. Teſtatur & de eis liber actus apoſtolorum. ita dicens. Tẽtauerũt aũt quidã. & de circũeũtibus Iudeis exorciſmis inuocare

nomen domini Hieſu. & cętera. Inuenimus eos quos Heſdras actores memorat templi. eos nunc eſſe exorciſtas in eccleſia dei. fuerunt enim ſub Heſdra actores templi. ſeruorū Salomonis filij. qui actum tēpli totius ſub cura ſua haberent. nō tamē ſacerdotalibus officijs miniſtrarent. aut ſacris oblationibus deſeruirēt. Nullā ergo aliam curam habebāt actores templi. niſi ad ſarta tecta reficienda. ut quęcumq; fuiſſent ueterata in ędifitio templi aut delapſa. per eoſdē actores de theſauris dominicis reficerent atq; excolerent. Ergo exactores templi. exorciſtę ſunt in populo dei. Quomodo enim actor prudēs & bonus. ſcit quid ſit domini ſui cenſus. & omnis ſubſtantię modus. et redigit apud ſe totius poſſeſſionis inſtrumēta originalia. ſic exorciſta redigit in ſua diligētia totius regni domini ſecreta. ut mēorię mandet de ſcripturarum ſacramentis. unde exerceat ſcilicet donum. quod illi eſt a ſpirituſancto conceſſum ſecundum apoſtoli pręconium. Exorciſtas enī memorat apoſtolus cum dicit. Nunquid omnes donationes habent ſanationum? Hij enim cum ordināntur accipiūt de manu Epiſcopi. libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi. dicente eis Epiſcopo. Accipite et commendate memorię. & habete poteſtatem imponendi manus ſuper energuminos ſiue cathecuminos. ut imperetis immūdis ſpiritibus. & abiciatis.

DE LECTORIBVS. Ca. XI.

Ectores a legendo. Pſalmiſtę a pſalmis canēdis
1 uocati. Illi prędicant populis quid ſequantur. Iſti canunt ut excitent ad compunctiōnes aniōs audientium. Licet et quidam lectores ita miſeranter pronuncient. ut quoſdam ad luctum lamētationemq; compellant. Idem etiam & pronunciatores uocantur. quod porro adnunciant. tanta enim & tam clara eorū

erit uox.ut quãtũuis longe poſitorũ aures adimpleãt. Lectorum ordo formã & inicium a prophetis ſumpſit. Sunt ergo lectores qui uerbum dei prędicant.quibus dicitur.Clama ne ceſſes .quaſi tuba exalta uocẽ tuã. Iſti quippe dum ordinantur . primum de eorum conuerſatione Epiſcopus uerbum facit ad populũ. deinde coram plebe tradit eis codicem apicum diuinorũ . ad dei uerbum adnũciandum.Iſte ergo doctrina et libris debet eſſe imbutus . ſenſuumq; ac uerborum ſcientia perornatus.ut diſtincte & aperte ſonans . audientium corda poſſit inſtruere.Pſalmiſtarum ideſt cantatorum principes ſiue authores.fuere Dauid ſiue Aſaph . Iſti enim poſt Moyſen.pſalmos primi compoſuere & cantauere.Mortuo Aſaph.filij eius in hunc ordinem ſubrogati ſunt a Dauid.erantq; pſalmiſtę per ſucceſſionẽ generis.ſicut & ordo ſacerdotalis.ipſiq; ſoli continuis diebus in templo canebant .candidis induti ſtolis . ad uocem unius reſpondente choro.Ex hoc ueteri more eccleſia ſumpſit exemplũ nutriendi pſalmiſtas . quorũ cantibus ad affectum dei mẽtes audientium excitent. Pſalmiſtam autem & uoce et arte pręclarum inluſtrẽq; eſſe oportet.ita ut ad delectamentum dulcedinis animos incitet auditorum.Solent autem ad hoc officium etiam abſq; ſciẽtia Epiſcopi.ſola iuſſione eligi.quicũq; in cantandi arte probabiles huiuſmodi conſtiterint.

DE HOSTIARIIS. Ca. XII.

h Oſtiarij ſunt qui & Aeditui et ianitores in lege dicebantur.Hij apud Hębręos in ueteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi . quiq; ordinati per uices ſuas . omnia interiora tẽpli uel extera cuſtodiebant.ut non ingrederetur in eũ immũdus in omni re.Dicti autem hoſtiarij quod pręſint hoſtijs templi.ipſi enĩ tenentes clauem.omnia intus ex utraq;

parte cuſtodiunt, atq; inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, reſpuunt infideles.

QVOS OPORTEAT AD SACRVM ORDINEM ACCEDERE, ET QVO ORDINE. Ca. XIII

Canones & decreta Zoſymi papę decernūt, ut clericus qui ad ſacrum ordinem accedit, inter lectores ſiue exorciſtas quinq; annos exoluat; exinde Acolythus uł ſubdiacōus quattuor annis fiat. Ad benedictionem quoq; diaconatus non minoris ętatis quam xxv. annorum accedat. in quo ordine quinq; annis expletis, ſi inculpabilit̄ miniſtrauerit, ad presbyteratus honorem promoueri poterit, non tamen ante triginta annos ętatis, licet ualde dignus ſit, quia & dn̄s noſter non ante triceſimum annum prędicare exorſus eſt. De quo gradu ſi eum auctior ad bonos mores uita perduxerit, ſummum pontificatum accipere poterit, hac tamē lege ſeruata, ut neq; bigamus, neq; pœnitēs nec neophitus ad hos gradus poſſit admitti.

DE VESTIBVS SACERDOTALIBVS. Ca. XIIII.

De ueſte ergo ſacerdotali moderna, ad antiquū ueteris teſtamenti habitum, comparationem facientes, ſecundum maiorum ſenſum quid myſtice ſignificet proſequamur.

DE SVPERHVMERALI. Ca. XV.

Primum ergo eorum indumentū eſt Ephot Bat, quod interpretatur ſuperhumerale lineum, quod ſignificat mundiciam bonorū operū. Hinc bene in lege cum dominus de veſte ſacerdotali Moyſen iuſtituit, primum de ſuperhumerali faciendo pręcepit, quia quiſq; ad ſacerdotiū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

magiſteriumq́ʒ populi dei promouendus eſt. primum ei us debent opera cognoſci. ut dum hoc quod foris omnibus patet. inreprehẽſibile paruerit. couẽient ex tpe & integritas cordis eius. et fidei ſinceritas ſcruteť.

DE PODERE ideſt TVNICA LINEA Ca. XVI.

s Ecundũ eſt linea tunica. quę grece. ποδηρης. Poderis. latine talaris dicitur. eo quod ad talos uſq́ʒ deſcendat. Hãc Ioſephus biſſinam uocat. cuius ſignificatio myſtica in promptu eſt. Cum enim cõſtet lino uel biſſo continentiã & caſtitatẽ ſignificari. ſtrictam habent lineam ſacerdotes. cum propoſitũ continentię non eneruiter. ſed ſtudioſe conſeruãt. Hęc ad talos uſq́ʒ deſcendit. quia uſq́ʒ ad finẽ uitę huius. bonis operibus inſiſtere debet ſacerdos. pręcipiente ac promittente domino. Eſto fidelis uſq́ʒ ad mortem. & dabo tibi coronam uitę.

DE CINGVLO. Ca. XVII.

t Ercium ueſtimentũ eſt cingulum ſiue baltheũ. quo utuntur ne tunica ipſa defluat. et greſſum impediat. hoc nimirum cuſtodiã mentis ſignificat. Qui enĩ tunica talari indutus. abſq́ʒ cingulo incedit. defluit tunica. ac relicto corpe uentis & frigoribus intrandi ſpacium tribuit. quin & prępeditis greſſibus. incedendi uſum retardat. uel etiã calcantibus ſe cauſa efficitur ruinę. Ergo lineos induunt ſacerdotes. ut caſtitatem habeãt. accinguntur baltheis. ne ipſa caſtitas ſit remiſſa & negligens. ne uento elationis animum perflandi aditum impendat. ne creſcente iniquitate refrigeſcere faciat charitatem ipſorum. ne bonorum greſſus operũ iactantię ſuę pręſumptiõis impediat. ne

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prępedito uirtutum curſu.ipſa etiam terreſtris concupiſcẽtię ſordibus polluta uileſcat.& ad ultimũ authorem ſuum ad ruinam ſuperbiendo impellat.

DE PHANONE. Ca. XVIII.

Vartum uero mappula ſiue mãtile. ſacerdotis indumentum eſt.quod uulgo phanonẽ uocãt. quod ob hoc eorum tunc manibus tenet̃ q̃ndo miſſę officium agitur.ut paratos ad miniſteriũ menſę domini populus conſpiciat. Mappę ergo conuiuij & epularum adpoſitarũ lintheamina ſunt.unde diminutiuum mappula ſicut et mantilia. nũc pro operiendis menſis ſunt.quę ut nomẽ ipſorũ indicat.olim tergẽdis manibus prębebantur. Oportet ergo ſacerdotes.& miniſtros altaris mappulas manibus tenere. quorum officium eſt diuina ſacramẽta cõficere.ut cũ deuotiõe mentis opus ſpontaneum concordat. digne exerceat̃ officium.quod pie diuino eſt munere collatum.

DE ORARIO ideſt STOLA Ca. XIX.

Vintum quoq; eſt quod orarium dicitur. licet hoc quidam ſtolã uocẽt.Hoc enĩ genere ueſtis ſolũmodo eis perſonis uti eſt conceſſum.q̄bus prędicandi officium eſt delegatũ.Bene etiam oratoribus chriſti orariũ habere cõuenit.quia cũ indumentũ eorum officio ꝓprio concinnat.& ipſi ſedulo ad uerbi miniſteriũ cohortantur.et plebs ipſis cõmiſſa indiciũ ſalutare conſpiciens.ad meditationẽ legis concurrere feruentius ammonet̃.Apte ergo orarium collũ ſimul & pectus tegit ſacerdotis.ut inde inſtruatur. q̊d q̄cq̄d ore proferat.tractatu ſummę rationis attẽdat.ut illud apoſtoli ſemper in eo appelletur quo dicit. orabo ſpiritu.orabo & mente.pſallam ſpiritu.pſallam et mente. & iterum.Os noſtrũ ad uos o Chorinthi.cor noſtrum

dilatatum eſt.ne forte ſi improuiſe & inrationabiliter loquatur.damnum patiatur.Salomone adteſtãte. qui ait.Cor ſapientis erudiet os eius.& labijs illius addet gratiam.& item.Qui cuſtodit os ſuum. cuſtodit ani-mã ſuã.qui incõſideratus eſt ad loquẽdũ ſentiet mala.

DE DALMATICA. Ca. XX.

s Extum namq; eſt quod Dalmatica a Dalmatia Grecię prouincia.in qua primum texta eſt.nun cupatur.hęc ueſtis in modum eſt crucis facta. & paſſionis domini indicium eſt.Habet quoq; et pur-pureos tramites ipſa tunica a ſummo uſq; ad ima.ante ac retro deſcendens.nec non & per utramq; manicã. ut ammoeãtur miniſter domini per habitus ſui ſpeciẽ. cuius muneris particeps eſt.ut per myſticã oblationẽ paſſionis dominicę commemorationem agat.ut ipſe in eo fiat hoſtia deo acceptabilis.

DE CASVLA. Ca. XXI.

s Eptimum ſacerdotale indumentum. eſt quod Caſulam uocant.dicta eſt autem per diminuti-onẽ a Caſa.eo quod totũ hominẽ tegat. quaſi minor caſa.hanc gręci.πλανηταν. Planetam nominant.Hęc ſupremum omnium indumentorũ eſt. & cetera omnia interius per ſuum munimen tegit & ſeruat.Hãc ergo ueſtem poſſumus intelligere charita tem. quę cunctis uirtutibus ſupereminet. & earum decorem ſuo tutamine ꝓtegit et inluſtrat. Nęc enim vllus iam erit uirtutum ſplendor. ſi nõ eas charitatis inradiauerit fulgor.quod oſtendit apoſtolus dicens. Si linguis hominum loquar & angelorum charitatem non habeam.factus ſum ſicut æs ſonans. aut cymbalũ tiniens.Et ſi habuero prophetiam.& nouerim myſte-ria omnia.& omnem ſcientiam. & ſi habuero omnem

fidem.ita ut montes tranſferam.charitatem autem nō habuero.nihil mihi prodeſt.Charitas patiēs eſt. benigna eſt.Charitas nō emulatur.non agit perperam. nō inflatur.non eſt ambicioſa.non quęrit quę ſua ſunt.nō irritatur.non cogitat malum.non gaudet ſuper iniqtate.congaudet autem ueritati. Omnia ſuffert. omnia credit.omnia ſperat. oīa ſuſtinet. Charitas nunquā excidit.& reliq̄.Sine hac charitate uľ caſula. nec ſacerdos ipſe ad altare adpropinquare debet.nec munus offerre.nec preces fundere. Vnde ueritas ipſa dicit. Si offers munus tuum ante altare.& ibi recordatus fueris.quia frater tuus habet aliquid aduerſum te. relinque ibi munus tuum ante altare.& uade prius reconciliari fratri tuo.& tunc ueniens offeres munus tuum. Et item. Cum ſtabitis ad orandum. dimittite ſi quid habetis aduerſum aliquem. et reliqua. De hoc itaq; ſpiritali uirtutum indumēto.apoſtolus ad Coloſenſes ita ſcripſit.Induite inquit uos ſicut electi dei ſancti & dilecti uiſcera miſericordię.benignitatem.humilitatē. modeſtiam. patientiam.et cętera.Et de charitatis eminentia paulo poſt ſubiunxit dicens. Super omnia aūt hęc charitatem habentes.q̄d eſt uinculū perfectionis.

DE SANDALIIS. Ca. XXII.

iNduunt quoq; ſacerdotes pedes Sādalijs ſiue ſolijs.quod genus calciamenti euangelica authoritate eis eſt conceſſum.ut Marci euāgeliū teſtatur.quia hoc calciamentum myſticam ſignificatiōem habet.ut pes neq; tectus ſit. neq; nudus ad terrā. ideſt ut nec occultet̃ euangeliū. nec terrenis cōmodis initat̃.Nā ſcriptū eſt ī apoſtolo.Et calciati pedes ī p̄paratĩoe euāgelij pacis.Sicut enī Sādalia p̱tē pedis tegūt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

partem inopertã relinquunt. ita & euangelij doctores partim euangelium operire. partimqꝫ aperire debent. ita uidelicet ut fidelis & deuotus ſufficientem habeat doctrinam. et infidelis & contẽptor non inueniat blaſphemandi materiam. Admonet etiã et nos hoc genus calciamẽti. ut carni noſtrę & corpori in neceſſitatibus conſulamus. nõ in libidinis laſciuiã defluãus. de qbus utriſqꝫ nos diuina lex inſtruit. Scriptũ eſt enim. Carnẽ tuam ne deſpexeris. et item. Carnis curam ne feceritis in concupiſcentijs.

DE PALLIO. Ca. XXIII.

Vper hęc autem omnia ſummo pontifici (qui archiepiſcopus uocatur) propter apoſtolicam uicem pallij honor decernitur. quod genus indumenti crucis ſignaculũ purpureo colore exprimit. ut ipſo indutus pontifex a tergo & pectore crucem habeat. ſuaqꝫ mente pie & digne de paſſione redẽptoris cogitet. ac populo pro quo dominũ deprecatur. redẽptionis ſuę ſignaculum demonſtret. Condecet quoqꝫ bene. ut ipſa apoſtolica dignitas apoſtolicũ uirũ faciat. vt plena deuotione. ſano ſermone. & digna operatiõe poſſit dicere cum apoſtolo. Mihi aũt abſit gloriari. niſi in cruce dñi noſtri Hieſu chriſti. per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt. & ego mundo. Hęc queqꝫ de habitu ſacerdotali ad ſenſũ ſcd'm modulũ ingenioli nr̃i breuiter diximus. nõ pręiudicantes his. qui congruentius & dignius de eadẽ re poſſit ſcribere. & plenius diſputare.

DE SACRAMENTIS ECCLESIAE. Ca. XXIIII.

E ſacramentis autẽ quę in eccleſia fiũt. oportet ut ſequens ſermo exponat. atqꝫ declarat ritum ſacerdotalẽ. Sunt autem ſacramenta. Baptiſmũ & Chriſma. Corpus et ſanguis. quę ob id ſacramenta

dicuntur.quia ſub tegumento corporaliū.rerū uirtus diuina ſecretius ſalutem eorundem ſacramentorum operatur.unde et a ſecretis uirtutibus uel ſacris. ſacramenta dicuntur.Quę ideo fructuoſe penes eccleſiam fiunt.quia ſanctus in ea manens ſpiritus.eundē ſacramentorum latenter operatur effectum. Vnde ſeu per bonos ſeu per malos miniſtros intra eccleſiam dei diſpenſentur.nec bonorum meritis diſpenſatorū amplificantur hęc dona.nec malorum adtenuant̄.quia neq; qui plantat eſt aliquid.neq; qui rigat.ſed qui incremētū dat deus.unde & gręce.μυσθεριον.dicitur.q̄d ſecretam & reconditam habeat repoſitionem.

DE BAPTISMATIS SACRAMENTO.Ca XXV.

P Rimum autem ſacramentorum eſt Baptiſmū. quia antequam ſancto chriſmate ungat̄ aliq̃s. aut corporis & ſanguinis Chriſti particeps exiſtat.ſacra regeneratione purgari debet.ac deinde ad cętera rite accedere.βαπτισμα Baptiſmū gręce.latine tinctio interpretatur.quę non tamen ob hoc q̄d homo in aquā mergitur tīctio dicitur.ſed quia ſpiritu gratię ibi in melius immutatur.et longe aliud quam erat efficitur.Primum homines fœdi eramus deformitate peccatorum.in ipſa tinctione pulchri dealbatione uirtutū efficimur.Vnde & in canticis ſcribitur canticorū.Quę eſt iſta quę aſcendit quaſi dealbata. cuius myſterium non aliter niſi ſub trinitatis deſignatōne.ideſt patris & filij et ſpiritusſancti cognitione completur. dicente domino ad apoſtolos.Ite docete omnes gentes. baptiçantes eos in nomine patris & filij et ſpiritusſancti. Sicut enim in tribus teſtibus ſtat omne uerbum.ita ſacramētum cōfirmat ternarius numerus nominum diuinorꝝ. Quod autem per aquā baptiſmū datur. hęc ratio eſt. Voluit enim dominus ut res illa inuiſibilis per congru

entiã.ſed ꝑfecto incõtrectabile et iuiſibile impederet elementum.ſuper quod etiam in principio ferebatur ſpiritusſanctus.Nam ſicut oleum naturali põdere ſup fertur omi liqre.ita in principio ferebatur ſpũſſanctus aquis.Sicut aqua purgat exterius corpus.ita latenter eius myſterio per ſpiritumſanctũ purificat et animus. cuius ſanctificatio ita eſt.Inuocato enim deo.deſcẽdit ſpiritusſanctus de cęlis.& medicatis aquis.ſanctificat eas de ſemetipſo.& accipiũt uim purgationis.ut in eis caro et anima delictis inquinata mundetur.Vtrumq; enĩ baptiçando neceſſe eſt adhiberi.et baptiſmi lauacrum.& ſpiritusſancti purgatio.quia ait ſaluator.Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto.nõ poteſt introire in regnũ dei.Sed ante baptiſmũ.cathezisandi debet in hominem peruenire officium.ut fidei primũ cathecuminus accipiat rudimentũ.Nam in euangelio ſecundũ Matheum legitur.quod poſt reſurrectionem dominus apoſtolis pręceperit.ut in nomine patris & filij et ſpiritusſancti docerent.& baptiçarẽt oẽs gẽtes. ideſt prius fidem dei illis inſinuarent.& ſic credentes in remiſſionem peccatorum baptiçarẽt.Hoc eſt quod ſecundũ Marcum idem dominus legitur prępoſuiſſe fidem baptiſmatis.cũ ita dixit.qui crediderit & baptiçatus fuerit ſaluus erit.qui u ero non crediderit.condemnabit̃.& Ioanne teſte.prius ipſe Hieſus cęci nati oculos luto ex ſputo facto ſuperliniuit.& ſic ad aquas Siloę miſit.quia prius debet baptiçandus fide incarnationis Chriſti ĩſtrui.et ſic ad baptiſmum iam credulus admitti.ut ſciat cuius gratię in eo eſt particeps.& cui iam debitor fiat deinceps.

DE CATHECVMINIS. Ca. XXVI.

c Athecuminus autem dicitur.pro eo q̃d adhuc doctrinam fidei audit.nec dum tamẽ baptiſmũ

recepit. Nam κχθεκουμινοσ. Cathecuminus grece. latine auditor interpretatur. Et quia primum exhortationis preceptū in lege eſt. Audi Iſrahel. dominus deus tuus deus unus eſt. Inde eſt, ut is qui per ſacerdotem quaſi per Moyſen deus loquitur. cathecuminus ideſt audiens nominetur. ſcilicet ut uerum agnoſcens dominum, relinquat errores uarios idolorum. Puto autem omnes a Ioanne in pœnitentia baptiçatos, cathecuminorum pretuliſſe figurā. Poſt cathecuminos autē ſecundus gradus eſt competentium. Competentes autem ſunt, qui iam poſt doctrinam fidei, poſt continentiam uitę, ad gratiam Chriſti percipiēdam feſtināt, ideoq; appellantur competentes, ideſt gratiam Chriſti petentes. Nam cathecumini tantum audiūt. necdū petunt. Sunt enim quaſi hoſpites & uicini fidelium, deforis audiūt myſteria, audiunt gratiam, ſed adhuc nō appellantur fideles. Competentes autem petūt, iam accipiunt, iam catheçiſantur ideſt imbuuntur inſtructione fidei et ſacramentorum. Iſtis enim traditur ſalutare ſymbolum, quaſi commōitoriū fidei, & ſanctę confeſſiōis inditiū, quo inſtructi agnoſcāt quales iam ad gratiam Chriſti exhibere ſe debeāt. Notandū autem quod in eccleſia ſaluatoris, paruulorum qui per ętatem adhuc abrenunciare diabolo, nec credere in deum poſſunt, per corda & ora geſtantiū ſalus adimpleat, quia & in euangelio legitur, quod Hieſus fidem illorum intuens, qui paraliticum ad ſanandum ſibi adferebāt, dixerit ipſi, homo remittuntur tibi peccata tua, & quod filium uiduę a mortuis ſuſcitatū, miſericordia motus ſuper ea. Manifeſtum enim quod paruuli ſicut ex alijs ea quę illis remittuntur in baptiſmo peccata traxerunt, ſic & per alios ad ſalutem credunt. Nec enim ſiquidem muti & ſurdi, q nec audire neq; ꝓfiteri fidē poſſūt, ab aliqbus chriſtianis ad baptizandū offeruntur, per credulitatem

offerentium ſaluari creduntur. quia non obſiſtit omni potentis dei gratię naturę infirmitas humanę.

DE CATHEZISANDI ORDINE. Ca. XXVII.

c Athezizandi enim ordo hic eſt. Primũ interrogatur paganus. ſi abrenũciat diabolo. & oĩbus damnoſis eius operibus atq; fallacibus põpis. vt primum reſpuat errorem. et ſic appropinquet ad ueritatẽ. poſſitq; iuxta apoſtolũ d'põere ueterẽ hoĩem ſecundum priſtinam conuerſationem. qui corrumpit ſecundum deſideria erroris. abnegans impietatem & ſecularia deſideria. Deinde apoſtolicę fidei oſtenditur ei ſimbolum. & exquiritur ab eo ſi credat in deũ patrẽ omnipotentẽ. & in Hieſum Chriſtum filium eius unicum. dominum noſtrum. & in ſpiritumſanctũ. unum deum in trinitate et unitate. ſi confiteatur unam eſſe eccleſiam catholicam. & ſi credat remiſſionem peccatorum. et carnis reſurrectionem. Hęc ergo oĩa ſi uere profitetur credere. iam incipit per fidem induere nouum hominem. qui ſecundum deum creatus eſt in iuſticia & ſanctitate ueritatis. quo tamẽ plene induitur. quando per baptiſmi lauacrum regeneratur. At poſtquam ſe per confeſſionem uerę fidei in alterius commẽdauerit dominium. & per abrenunciationẽ prioris poſſeſſoris ſe alienauerit ſeruitio. exſufflatur ab eo ſeua poteſtas. ut per pium ſacerdotis myſterium ſpirituiſancto cedat fugiens ſpiritus malignus. ſignaturq; ipſe homo ſignaculo ſanctę crucis tam in fronte quam in corde. ut ipſe apoſtata diabolus in uaſe ſuo priſtino ſuę interemptionis cognoſcens ſignum. iam ſibi deinceps ſciat illud eſſe alienum. Exinde iam dicunt̃ ſuper eum orationes. ut fiat cathecuminus. Tunc datur ei ſal benedictum in os. ut per ſal typicum ſapientię ſale conditus. fetore careat iniquitatis. et nec a uermibus pec

catorum ultra putrefiat.ſed magis inleſus ſeruetur.ad maiorem gratiam percipiendã. De hinc iterum exor=ciſatur diabolus.ut ſuam nequiciã agnoſcens. & iuſtũ ſuper ſe iudicium dei timens.recedat ab homine.nec iam contendat eum arte ſua ſubuertere ne baptiſmum conſequatur.ſed magis honorem deo creatori ſuo ex hibens.reddat opus factori ſuo. Poſtea tanguntur ei nares & aures cum ſaliua. & dicitur ei illud uerbum euangelicum quod Hieſus quãdo ſurdum & mutum ſanauit tangens cum ſputo linguam eius.& mittens di gitos ſuos in auriculas eius dixit.Epheta.quod eſt ad=perire.Hoc enim ſacramẽtum hic agitur.ut per ſaliuã typicam ſacerdotis & tactum ſapientia et uirtus diuĩa ſalutem eiuſdem cathecumini operetur.ut aperiantur ei nares ad accipiẽdũ odorem noticię dei.ut aperiãtur illi & aures ad audiendum mãdata dei.ſenſuq; intimo cordis reponendum.Deinde benedictõe ſacerdotali munitur.ut ad ſacrum baptiſmum cum fide accepta cuſtodiatur. Vnguetur illius tunc pectus de oleo ſan=ctificato.cũ inuocatiõe ſanctę trinitatis.ut nullę reliqę latẽtes inimici in eo reſideãt.ſed ĩ fide ſanctę trinitatis mens eius confortetur. ungetur & inter ſcapulas de eodem oleo.ut undiq; muniatur. & ad bona opera fa cienda per dei gloriam roboretur.

DE TINCTIONE BAPTISMI ET VNCTIONE CHRISMATIS. Ca. XXVIII.

p Oſt hęc igitur conſecratur fons. & ad ipſum baptiſmum cathecuminus accedit. & ſic in no=mine ſanctę trinitatis trina ſubmerſione bapti=çatur. Et recte homo qui ad imaginem ſanctę trinitatis cõditus eſt.per inuocationẽ ſanctę trinitatis ad eãdem renouatur imaginem. & qui tercio gradu peccati ideſt conſenſu cecidit in mortem.tercio eleuatus de fonte.

per gratiã reſurgat ad uitã. Poteſt & hęc trina merſio triduanam domini ſepulturam ſignificare. maxime cũ dicit apoſtolus. Quicumq; baptiçati ſumus in Chriſto Hieſu. in morte ipſius baptiçati ſumus. conſepulti enĩ ſumus cum illo per baptiſmum in morte. ut quomodo ſurrexit Chriſtus a mortuis per gloriam patris. ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Si enim complantati ſumus ſimilitudini mortis eius. ſimul & reſurrectõnis erimus. & reliqua. Oportet ergo cum inuocatione ſanctę trinitatis ſub trina merſione baptiſmum confici. ut ſecundum perſonarum differentiã. myſterium baptiſmi celebretur. & ſecundum unitatem ſubſtantię unũ baptiſma fiat. unde dicit apoſtolus. Vnus dominus. una fides. unum baptiſma. et reliqua. Poſtquam enim aſcenderit baptiçatus de fonte. ſtatim ſignatur in cerebro a presbytero cum ſacro chriſmate. ſequente ſimul & oratõne. ut regni Chriſti particeps fiat. & a Chriſto chriſtianus poſſit uocari. Scriptum eſt et in euangelio ita. Baptiçatus autem Hieſus. confeſtim aſcendit de aqua. et ecce aperti ſunt ei cęli. & uidit ſpiritum dei deſcendentem ſicut columbã et uenientẽ ſupra ſe. Bene quidem baptiſmi continuatur chriſmatis unctio. quia ſpirituſſanctus qui per illud chriſma ſuę uirtutis ammixtione ſanctificat credentes. baptizato Hieſu. ſtatĩ ſuper illum in colũbę ſpecie deſcendit. cuius uidelicet typum pręferebat columba illa. quę in diluuio ad arcã reportauit ramum oliuę uirentibus folijs. ſignificans utiq; quod ſpirituſſanctus per chriſmatis unctionem in baptiſmate uirorem cõfert fidelibus cęleſtis gratię. Sed de hoc plenius in ſequẽtibus dicemus. Legimus & in geſtis patrũ. quod Silueſter papa in eccleſia Romana conſtituerit. ut ſicut poteſtas & priuilegiũ apud ſolum Epiſcopum conſtat. quod ſacrum chriſma ipſe conficiat. & baptiçatum per manus impoſitionem cũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipſo chriſmate conſignet propter hęreticam ſuaſionē. ita presbyter eodem chriſmate liniat baptiçatū leuatū ex aqua. propter occaſionem tranſitus mortis. quia ſcriptum eſt in apoſtolo. Vos autē fratres in carne non eſtis. ſed in ſpiritu. ſi tamē ſpiritus dei habitet in uobis. ſi quis autem ſpiritum Chriſti non habet. hic non eſt eius &c̄. Ac deīde profecto patet. quia qcumq; nō eſt Chriſti. regni ſui particeps fieri nequit. Ideoq; neceſſarium eſt. ut ſtatim ſuccurratur baptiçato cū chriſmatis vnctione. ut ſpiritusſancti participationem accipiens. alienus a Chriſto non exiſtat.

DE INDVMENTO BAPTIZATI ET EVCHARISTIA. Ca. XXIX.

p Oſt baptiſmum autē traditur chriſtiano ueſtis candida. deſignans innocentiam & puritatem Chriſtianam. quam poſt ablutas ueteres maculas. ſtudio ſanctę conuerſationis immaculatā ſeruare debet. ad pręſentandam ante tribunal Chriſti. Cuncti uero renati albis induuntur ueſtibus. ad myſterium reſurgentis eccleſię. ſicut ipſe dominus corā diſcipulis tranſfiguratus eſt ut dicit. reſplenduit facies eius ſicut ſol. ueſtimenta eius facta ſunt candida ſicut nix. quo facto. ſplendorem ut dictum eſt. reſurgentis in futurę figurauit eccleſię. Vtuntur ergo albis ueſtibus. ut quorū primę natiuitatis infantia. uetuſti erroris pannus fuſcauerat. habitus ſecundę generationis glorię pręferat indumentum. Tegitur enim poſt ſacrā unctionē caput eius myſtico uelamine. ut intelligat ſe diadematis regni. & ſacerdotalis dignitatis portitorē. iuxta apl'm. Vos eſtis inqt genus regale et ſacerdotale. offerentes vuſmetipſos deo hoſtiam uiuam. ſanctam. deo placentem. & reliqua. Nam ſacerdotes in ueteri teſtamento quodam myſtico uelamine caput ſēper ornabant. Deinde corpore & ſanguīe dn̄ico om̄e p̄cedēs ſacramētū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in eo cõfirmatur. quia hęc ideo accipere debet. ut deũ habere mereatur in ſe habitatorem. & illius ſit capitis membrũ. qui paſſus eſt. et reſurrexit pro nobis. Dicit enim ipſa ueritas. Qui mãducat meam carnem & bibit meum ſanguinem. ipſe in me manet et ego in eo. Et itẽ niſi manducaueritis (inquit) carnẽ filij hominis. & biberitis eius ſanguinẽ. nõ habebitis uitã in uobis.

DE IMPOSITIONE MANVS EPISCOPALIS. Ca. XXX.

Ouiſſime autem a ſummo ſacerdote per impoſitionem mãus paracletus traditur illi ſpiritus ſanctus. ut roboretur per ſpiritumſanctum ad prędicandum alijs idem donum q̊d ipſe in baptiſmate conſecutus eſt. per gratiã uitę donatus eternę. Signat̃ enim baptiçatus cum chriſmate per ſacerdotem in capitis ſummitate. per pontificẽ uero in fronte. ut priori vnctione ſignificet̃ ſpiritusſancti ſuper ipſum deſcẽſio ad habitationem deo conſecrandam. in ſecunda quoq; ut eiuſdem ſpiritusſancti ſeptiformis gratia cum omni plẽitudĩe ſctĩtatis & ſciẽtię & uirtutis uẽire ĩ hoĩem declaretur. Tunc enim ipſe ſpiritusſanctus poſt mũdata & benedicta corpora atq; aĩas libens a patre deſcẽdit ut uas ſuum ſua uiſitatiõe ſanctificet & illuſtret. et nũc in homiem ad hoc uenit. ut ſignaculum fidei quod in fronte ſuſcepit. faciat eum donis cęleſtibus repletum. & ſua gratia confortatum intrepide et audacter corã regibus & poteſtatibus huius ſęculi portare. ac nomẽ Chriſti libera uoce prędicare. Nec mirum ſi homo bis eodem chriſmate ad accipiendum ſpiritumſanctum vngueatur. cũ idẽ ſpiritus bis ſit ipſis apoſtolis datus. idẽ in terra ſemel quãdo poſt reſurrectionẽ ſuã dñs inſufflauit in eos et dixit. Accipite ſpm̃ ſctm̃. quorũ remiſeritis peccata remittũt̃ eis. & quorũ retinuerits retẽta ſunt. & de celis ſemel. quando poſt aſcenſionẽ domini

in die penthecoſtes in linguis igneis ſuper apoſtolos venit. & omnium gentium linguis eis loqui conceſſit. Ergo ſpirituſſanctus digitus dei in euãgelio nominat̃. & digito dei ſcripta eſt lex. Ideo autẽ digitus dei dicit̃. vt eius operatoria uirtus. ſimul cum patre et filio ſignificetur. Sicut autem per baptiſmũ in Chriſto morimur et renaſciur. ita ſpiritu ſancto ſignamur. qui eſt digitus dei. & ſpiritale ſignaculum. Bene quippe conuenit ut per ſacrum chriſma & per pinguedinem oliuę gratia ſpirituſſancti tribuatur. quia in pſalmo ſcriptũ eſt de ipſo ſaluatore. quod unxerit eum deus pater oleo lęticię prę cõſortibus ſuis. & itẽ de nobis. quod exhilaret faciem noſtram in oleo. χρισμα. Chriſma gręce. latine vnctio nominatur. ex cuius nomine et Chriſtus dicit̃. & ex ipſo homo poſt lauacrum ſanctificat̃. Nam ſicut in baptiſmate peccatorum remiſſio datur ad ueniam. ita per unctionem ſanctificatio ſpiritus adhibetur ad gloriam. & hoc de priſtina unctione tractum eſt exemplum. qua ungi in ſacerdotiũ et regnũ ſolebãt antiq. vnde et Aaron & filij eius. poſt lauacrũ a Moyſe uncti ſũt. ut ſacerdotes dñi fierẽt. Et Salomõ & cęteri reges per prophetas & ſacerdotes perfuſi ſunt cornu olei. ut regni gubernacula tenerẽt. Quod dum carnaliter fit. ſpiritalit̃ proficit. quomodo & in ipſa baptiſmi gratia viſibilis actus eſt. quod in aqua mergimur. ſed ſpiritalis effectus. quod a delictis mundamur. Videamus ergo & ipſam olei naturam. ſi quid in ea huic ſignificationi conueniens poſſit intelligi. Oleum namq; ardens illuminat. et medicans ſanat. & aquis infuſum perſpicuas eas reddit. quod bene gratiam ſpirituſſancti põt demonſtrare. Ipſe enim flamma charitatis et ſplẽdore ſapientię. animas illuminat. Ipſe medicamine clemẽtię ſuę per ueniam peccatorũ uulnera ſanat. Ipſe ammixtione uirtutis ſuę. aquas baptiſmi ad effugãdas pctõꝝ

tenebras ueraciter inluſtrat. Teſtatur etiam hoc ſacra ſcriptura. ait enim Paulus. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. per ſpiritū̃ſanctū̃ qui datus eſt nobis. Et Ioannes. Qui diligit inquit fratrem ſuum in lumine manet. Et item. Vos inquit unctionē habetis a ſpiritu ſancto. & noſtis omnia. Ecce apoſtolorum ſententię manifeſtant. per unctionem ſpirituſſancti lumen charitatis et ſciētię nos habere. Nam ſaluator in euāgelio ſpiritumſanctum medicinam eſſe peccatorum oſtēdit. cum per ipſum poteſtatem apoſtolis dedit peccata remittere dicens. Accipite ſpiritumſanctum. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. et reliqua. Quod autem gratia ſpirituſſancti aquas baptiſmi fœcūdans inluſtret. inſinuat Ioannes. cum ipſum dominum in ſpirituſancto baptiçare teſtatus eſt dicens. Sed qui miſit me baptiçare in aqua. ille mihi dixit. ſuper quē uideris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum. hic eſt qui baptiçat in ſpirituſancto. Nunquam enim aqua baptiſmatis filios lucis generare poſſet. niſi prius ipſa dono eiuſdem ſpirituſſancti inlumīata eſſet. ut in ipſa mirabiliter partum ſpiritali lucis efficeret. idē ſpiritus qui in primordio. ſimul cum patre & filio. illam purgationi aptā creauit. Abluit ergo nos domīus a peccatis in baptiſmate. & unxit nos et conſignauit nos ſpiritu ꝓmiſſionis ſancto. et dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. qui eſt utiq; pignus hęreditatis noſtrę in redēptionem adqſitionis in laudē glorię ipſius. ut adoptionem filiorum reciperemus. Quomodo autem eſtis ait apoſtolus filij dei: miſit ſpiritū filij ſui in corda noſtra clamantem abba pater. Nam confirmatio totius ſanctitatis & uirtutis et iuſtitię in ipō cōſtat. ipſe eſt remiſſio omniū̃ peccatorꝝ. ipē filios dei a filijs diaboli ſecernit. qui cum enim ſpiritu dei aguntur. hij filij ſunt dei. ipſe iuſtificat ſctōs et illumīat. ipſe eſt deus. ipſe dei donū:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eo quod datur a deo. Vnicuiqꝫ datur mãifeſtatio ſpũs ad utilitatem per ipſum. Aliȷ̈ datur ſermo ſapiẽtię. aliȷ̈ ſermo ſcientię ſecundum eũdem ſpiritum. alteri fides in eodem ſpiritu. aliȷ̈ gratia ſanitatum in uno ſpiritu. aliȷ̈ operatio uirtutum. aliȷ̈ prophętia. aliȷ̈ diſcretio ſpirituum. aliȷ̈ genera linguarum. aliȷ̈ interp̃tatio ſermonum. Hęc autem omnia operatur unus atqꝫ idem ſpũs diuidens ſingulis pro ut uult. Sicut enim corpus unũ eſt. et membra multa. omnia autem membra corporis cum ſint multa. unũ corpus ſunt. ita et Chriſtus. Etenĩ in uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptiçati ſumus. ſiue Iudęi. ſiue gentiles. ſiue ſerui. ſiue liberi. & omnes nos uno ſpiritu potati ſumus. Spiritum enĩ ſanctum aquę nomĩe appellatum in euangelio legĩus. ipſo domino clamante & dicente. Si quis ſitit. ueniat & bibat. qui credit in me. flumina de uentre eius fluẽt aquę uiuę. Hoc euangeliſta expoſuit unde diceret. ſecutus enim ait. Hoc enĩ dicebat de ſpũ quẽ accepturi erant credentes in eum. Sed aliud eſt aqua ſacramẽti. aliud aqua quę ſignificat ſpiritumſanctum. Aqua enĩ ſacramenti uiſibilis eſt. aqua ſpiritus inuiſibilis eſt. Illa abluit corpus. & ſignificat quod ſit in anima. per iſtam autem ideſt per ſpiritumſanctum ipſa anima mundat̃. Sicut etiam aqua corporalis corpus lauat et potat. ita ſpiritalis ſpiritum lauat & paſcit. Ideo autẽ ſpirituſſanctus ſeptiformis nuncupatur. propter dona quę diuinitatis eius plenitudine particulati quiqꝫ ut digni ſunt conſequi promerentur. Ipſe enim ſpiritus ſapientię & intellectus. ſpiritus conſiliȷ̈ & fortitudinis. ſpiritus ſciẽtię & pietatis. atqꝫ ſpiritus timoris domini appellatur.

DE SACRAMENTO CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI. Ca. XXXI.

Ed quia de duobus ſacramentis ideſt baptiſmo & chriſmate iam quãtum nobis dñs dedit

ſupra diſſeruimus. Super eſt ut de reliquis duobus: ideſt corpore & ſanguine domini. etiam nunc quantũ dominus annuerit. diligentius inueſtigemus. Primum nobis querẽdum eſt, cur dominus corporis et ſanguinis ſui myſteria in his rebus ſanciri uoluiſſet, quę comedi & conſumi poſſunt. & non potius in his quę maiore honore ſeruata. diutius integra haberi potuiſſet: deĩde, cur in cibo & potu idem ſacramentũ uoluiſſet, cum ex terrenis fructibus cõmuni uſu terreſtres uterentur. & non magis ex alia aliqua re illud traderet, q̃ ſimiliter ꝑcipientes reficeret: Sed tamen aliquatenus res inuſitata pro maiore miraculo etiam ab imperitis uenerararetur, ſicut manna cibi cęleſtis pauit in deſerto populum Iſraheliticum. et omnibus admirãdus pluit. Deinde illud etiam quęri poteſt. cur inter omnes fructus terrę. potiſſimum ad hoc elegerit frumẽtum atq; vinum. quaſi ipſa cunctos fructus terrę dignitate pręcellant. & pręcioſiores omnibus fiant: quę uidelicet omnia ita ſolui poſſe credimus. Maluit enim dominus corporis & ſanguinis ſui ſacramẽta fidelium ore ꝑcipi. et in paſtum eorum redigi. ut per uiſibile opus. inuiſibilis oſtẽderetur effectus. Sicut enim cibus materialis forinſecus nutrit corpus & uegetat. ita etiam uerbum dei intus animam nutrit & roborat, quia non in ſolo pane uiuit homo. ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. & uerbum caro factum eſt. et habitauit in nobis. Ait ergo ipſa ueritas. Caro enĩ mea uere eſt cibus: & ſanguis meus uere ẽ potus. Vere ſcilicet caro Chriſti eſt cibus. quia uere paſcit. & ad ęternam uitam hominem nutrit. & ſanguis eius uere eſt potus. quia eſurientem & ſitientem animam iuſticiam, in ęternum veraciter ſatiat. Temporalem quippe uitam ſine iſto cibo & potu habere poſſunt homines. ęternam omnino nõ poſſunt. qa iſte cibus & potus ęternã ſocietatẽ

capitis membrorūq; ſuorum ſignificat. Qui manducat inquit carnem meam. & bibit ſanguinem meum. ipſe in me manet et ego in eo. quapropter neceſſe habēus ſumere corpus & ſanguinem eius. ut in ipſo maneāus. & eius corporis membra ſimus. quia nemo aſcendit in cęlum. niſi qui deſcendit de cęlo. filius hominis qui eſt ī cęlo. Quod autē ex terrę fructibus uoluit hęc ſacramenta confici. hęc ratio eſt. Quia ergo ipſe filius dei homo in terra inter homines factus eſt. & ex terrenis parētibus. ſcilicet ex ſtirpe Adam progenitus. ueritas de terra orta eſt. ut ex terrigenis cęlicolas faceret. de terrenis fructibus cibum cęleſtem homo cęleſtis fecit. ut ſicut ipſe deus īuiſibilis. in carne uiſibili ad ſaluādos mortales. mortalis apparuit. ita etiā ex materia uiſibili rem inuiſibilem congrue ipſis demōſtrauit. ut in eadē re ſimul ediſcerēt. & quid deus propter nos factus eſt. & quid nos per ipſum futuri ſumus. Ait enī apoſtolus Ioannes. Chariſſimi. nunc filij dei ſumus. et nondum apparuit qd erimus. ſcimus quomodo cū apparuerit. ſimiles ei erimus. Cur autem panem et uinum in hāc dignitatē elegerit. exponit ſcriptura. quę teſtatur ſpm̄ ſanctum pronunciaſſe. ſecundū ordinē Melchiſedech Chriſtum ſacerdotem eſſe futurū. Melchiſedech ergo geneſis narrat. panem & uinum obtuliſſe. Oportebat enim ut qui ſecundum ordinē Melchiſedech ſacerdos factus fuerat. oblationem eiuſdem pontificis. ipſe pontifex factus imitaretur. ut ſcriptura de eo pronūcians. ueridica eſſe probaretur. quia Hieſus nō uenit ſoluere legem. ſed adimplere. ſicut ipſa ueritas teſtatur. quō neceſſe eſt (inquit) impleri omnia. quę ſcripta ſunt in lege. & prophętis. et pſalmis de me. propterea quippe dominus noſter corpus & ſanguinem ſuū in eis rebus commendauit. quę ad unū aliquid redigūt. ex multis ſiue granis ſiue azimis. ut ſanctorū charitatis unitatē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſignificaret. & intelligi daret corporis membrorumqꝫ
ſuorum unitatem. q̃d eſt ſãcta ęcclesia in prędeſtinatis
& uocatis iuſtificatis atqꝫ glorificatis. ſctis & fidelibus
eius. quorum primum iam factum eſt, ideſt in prede-
ſtinatione. ſecũdum et terciũ. & factũ eſt et fit. et fieri.
vocatio & iuſtificatio. quartum autem in re futurum
eſt. ideſt glorificatio huius rei ſacramẽtũ. ideſt unitas
corporis & ſanguinis Chriſti de menſa dñica aſſumit.
quibuſdam ad uitam. quibuſdam ad exitiũ. res uero
ipſa omni homini ad uitam. nulli ad exitium. Quicũqꝫ
enim eius particeps fuerit. idẽ Chriſto capiti membrũ
adſociatus fuerit in regno cęleſti. quia aliud eſt ſacra-
mentum. aliud uirtus ſacramenti. ſacramentum enim
ore percipit. uirtute ſacramenti interior homo ſatiat.
Sacramentum enim in alimentum corporis redigitur.
virtute autẽ ſacramenti. ęternę uitę dignitas adipiſcit.
In ſacramẽto fideles quiqꝫ cõmunicãtes. pactũ ſocieta
tis & pacis ineũt. In uirtute enim ſacramenti oĩa mẽbra
capiti ſuo cõiũcta & coadunata. in ęterna claritate gau
debunt. Sicut ergo ĩ nos id cõuertit cũ id mãducãus &
bibimus. ſic et nos in corpus Chriſti cõuertimur dum
obediẽt et pie uiuimus. Sed tñ ipſius ſacramẽti ſicut ſu
pra diximus. tanta eſt dignitas & tãta potẽtia. ut qcũqꝫ
illd' ĩdigne pceperit. magis ſibi dãnationẽ qꝫ ſalutẽ ac-
quirat. q̃d oſtẽdit apl's dicẽs. Quicũqꝫ enĩ mãducaue-
rit panẽ hũc. ul' biberit calicẽ dñi indigne. reus erit cor
poris et ſãguinis dñi. Probet aũt ſeipm homo. & ſic de
pane illo edat. et de calice bibat. Qui enĩ manducat &
bibit indigne. iudiciũ ſibi manducat et bibit. nõ diiudi-
cans dñi corpus. Tũc enim uere et ſalubrit corpus &
ſanguinẽ Chriſti pcipimus. ſi nõ tantũ uolumus. ut in
ſacramẽto carnẽ et ſanguinẽ Chriſti edamus. ſed uſqꝫ
ad ſpiritus participationẽ manducemus et bibamus.
ut in domini corpore tanqꝫ mẽbra maneamus. ut eius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpũ uegetemur. Sumũt ergo fideles bene et ueraciter corpus Chriſti. ſi corpus Chriſti non negligãt eſſe. fiãt corpus Chriſti. ſi uolunt uiuere de ſpũ Chriſti. De ſpũ Chriſti nõ uiuit niſi corpus Chriſti. Inde eſt q̃d expo≠nẽs nobis apoſtolus hunc panem unũ. unum corpus Chriſti ſignificare intelligi uoluit. Calicẽ inqt benedi≠ctionis cui benedicimus. nõne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quẽ frangimus nõne participatio corporis dñi eſt? Quomodo unus panis. unum corpus multi ſumus. omneſq; de uno pane & de uno calice participamus. Nec enĩ in ſacramẽtis aliud offerri licet. niſi quod dñs ipſe cõſtituit. & ſuo exemplo facere nos docuit. quoniã dominus Hieſus in qua nocte tradebat accepit panẽ. et gratias agens. fregit et dixit. Hoc eſt corpus meũ q̃d pro uobis tradet. hoc facite in meam cõmemorationẽ. ſimilit et calicẽ poſtq̃ cenauit dicẽs. Hic calix noui teſtamẽti eſt ĩ meo ſanguine. hoc facite quotienſcũq; bibetis. in meã cõmemorationem. Ergo panẽ infermentatũ. et uinũ aqua mixtũ. in ſacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti ſanctificari oportet. quia ipſas res de ſe dñm teſtificari euangeliũ narrat. Ait enĩ ipſe dñs. Ego ſum panis uiuus qui de celo deſcẽdi. ſi qs mãducauerit ex hoc pane. uiuet ineternũ. & panis quẽ ego dabo caro mea eſt pro mũdi uita. Et itẽ. Ego ſum inquit uitis uera. Panis enim dei deſcendit de cęlo. & dat uitam mundo. quem pater ſignauit. deus miſit in mundum. Hic eſt panis uitę. hunc qui manducat. non eſuriet in ęternum. Iſte panis cor hominis confirmat. iſte qdem de tra naturę noſtrę productus eſt. Iſtudq; uinum lętificat cor hominis. quod ex uite uera pro≠ceſſit. nec enim aliud ex uite quam uinũ naſci poteſt. Ergo quia panis corporis cor firmat. ideo ille corpus Chriſti congruent nuncupat. uinũ aũt quia ſanguinẽ opat ĩ carne. ideo ad ſãguinẽ Chriſti refert. Hęc aũt dũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt uiſibilia ſanctificata. tamen per ſpiritũſanctum in ſacramentum diuini corporis tranſeunt. Quod autem panem ſacrificij ſine fermento eſſe oporteat. teſtatur liber leuiticus. ubi commemorat̃ dominũ per Moyſen filijs Iſrahel ita prȩcepiſſe. Omnis inquit oblatio quȩ offertur domino. abſq; fermento fiat. nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini Credimus ergo & panem illum quem primum dominus in cena myſtica in myſterium corporis ſui conſecrauit. infermentatum eſſe. maxime cum in tempore paſchȩ nullum fermentum cuiquam ueſci. ſed nec in domo habere ulli licebat. domino illud in lege prȩcipiẽte ac dicente. ſicut Exodus teſtatur. Primo menſe (inquit) quartadecima die mẽſis ad ueſperã comedetis azima. uſq; ad diem uiceſimam eiuſdem menſis ad ueſperam. ſeptem diebus nõ inuenietur fermentum in domibus ueſtris. qui comederit fermentatum. peribit anima ſua de cœtu Iſrahel. tã de aduenis quã de indigenis terrȩ. Et paulo poſt. azima (inquit) comedetis ſeptẽ diebus. nõ apparebit apud te aliquid fermentatũ. nec in cũctis finibus tuis. & reliqua. Quod ergo neq; in domo neq; in finibus cunctis eorum. populo dei habere licebat. ſuperfluum eſt arbitrari id dominum foris exquiſiſſe. Quid autem illud ſignificet. quod in paſcha comedi vetitum erat. oſtendit apoſtolus. & paſchȩ et azimorũ rationem manifeſtiſſima narratione exponẽs. Etenim (inquit) paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. itaq; epulemur. non in fermento malicȩ & nequicȩ. ſed in azimis ſinceritatis & ueritatis. Quicumq; ergo ad mẽſam domini ubi agni immaculati et incontamiati caro mactatur. & ubi ueneranda myſteria paſſionis et reſurrectionis eius a fidelibus celebrãtur. plenus dolo atq; malicia accedat. & aut odij. aut ĩuidiȩ. aut auariciȩ. aut luxuriȩ facibus accenſus. corpus domini percipere nõ

metuit.uerendum eſt ne ubi uitam accipere debuit.
iuditium dampnatõnis inueniat.& magis incitetur ad
pœnam.quam retrahatur ad ueniã.Scriptum eſt enim
de Iuda proditore. qui malignus ad menſam domini
acceſſit.& ſacri conuiuij particeps eſſe non timuit. q̃d
poſt buccellam.ſtatim introiſſet in eum ſathanas.dñſqꝫ
ei dixerit.quod facis.fac citius. ꝗ mox id quod prius
latendo machinabatur. continuo exiens. inſaniȩ ſuȩ
manifeſtũ effudit uirus.ita ut cũ turba multa gladijs
& fuſtibus. facibus et armis inſtructa. ad eum tanquã
ad latrõem capiendũ ueniret.qui mori ultro uenerat.
Qui ergo inſidijs mente conditis. qui prȩcordijs aliq̃
ſcelere pollutis.myſteriorũ Chriſti oblationibus ſacro
ſanctis participare non metuit.ille in exemplum Iudȩ
filium hominis tradit.nõ quidem Iudȩis. ſed peccato-
ribus. membris uidelicet ſuis.quibus illud inȩſtiabile
& inuiolabile dñici corporis et ſanguinis ſacramẽtum
temerare prȩſumit.Ille dominum uẽdit.ꝗ eius timore
atqꝫ amore neglecto.terrena pro illo & caduca. immo
etiam criminoſa diligere.& curare conuincitur.Sed in
ſacramento uinum aqua mixtum offerri debet. quia
in euãgelio legitur.quod cum aperuiſſet unus militũ
lancea latus Hieſu.continuo exierit ſanguis & aqua.
Ille enim ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorũ.
aqua illa ſalutare temperat poculum.hȩc & lauacrum
prȩſtat & potum.Neuter ergo horum ſine altero in ſa
crificio debet offerri.nec uinum ſine aqua. nec aqua
ſine uino.quia & nos in Chriſto.et in nobis Chriſtum
manere oportet.quod oſtendit ſanctus Ciprianus ita
dicens.Calix inquit dominicus uino mixtus offertur.
quia uidemus in aqua populum intelligi.in uino uero
oſtendi ſanguinem Chriſti.Quãdo autem in calice aq̃
vino miſcetur.Chriſto populus adunat̃. & credentiũ
plebs ei in quem credit copulatur & iungitur. Quȩ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

copulatio & coniũctio aquę et uini ſic miſceẽ in calice domini. ut commixtio illa ab inuicẽ nõ poſſit ſeparari. ita nec ęccleſia a Chriſto põt diuidi & ſepari. et reliq̃. Adteſtante enĩ Ioanne. aqua populi ſunt. & neq; aquã ſolam neq; uinum ſolum. ſicut nec granum frumenti ſolum ſine aquę admixtione et confectione. in panem cuiquam licet offerre. ne uidelicet talis oblatio caput a membris ſecernendum eſſe ſignificet. & uel Chriſtũ ſine noſtrę redemptionis amore potuiſſe pati. uel nos ſine illius paſſiõe ſaluari. ac patri offerri poſſe cõfidat. Neq; enim illi audiendi ſunt. qui aquam ſine uino in calice offerunt. contra quos etiam partem capituli de libro prędicti martyris Cypriani. in quo de ſacramento calicis diſputat ponamus. Soluitur quippe ibi queſtio in qua queritur. utrum calix dominicus aquam ſolã. an eam in uino mixtam debeat habere? Poſt principiũ ergo epiſtolę. idem martyr iam ſoluere incipiens propoſitam quęſtionem. ita loquitur. Admonitos autem nos ſcias inq̃t. ut in calice offerendo dominica traditio ſeruetur. neq; enim aliud fiat a nobis. quam quod pro nobis dominus prior fecit. ut calix qui in cõmemorationem eius offertur. mixtus uino offeraẽ. Nam dicit Chriſtus. Ego ſum uitis uera. Sãguis Chriſti nõ aqua eſt utiq;. ſed uinum. nec poteſt uideri ſanguis eius quo redempti et iuſtificati ſumus. eſſe in calice. quando uinum deſit calici. quo Chriſti ſanguis oſtenditur. qui ſcripturarum omnium ſacramento ac teſtimonio prędicetur. Inuenimus enim in Geneſi circa ſacramentũ Noe. hoc idem precucurriſſe. & figuram dominicę paſſionis illic extitiſſe. quod uinum bibit. quod inebriatus eſt. quod in domo ſua nudatus eſt. quod fuit recũbens nudus. & patẽtibus femoribus. quod nuditas illa patris a medio filio nudata eſt. a maiore uero & minore contecta. & cetera. quę nõ eſt neceſſe ea exeq̃.

quia cum ſatis ſit hoc ſolum cõplecti. quod Noe typũ futurę ueritatis oſtendamus. non aquam ſed uinum biberit. & ſic imaginẽ dominicę paſſionis expreſſerit. Item in ſacerdote Melchiſedech. hoc dominici ſacramenti pręfiguratum uidemus myſterium. ſecundum quod ſcriptura diuina teſtat̃ & dicit. Et Melchiſedech rex Salem protulit panẽ & uinum. fuit autẽ ſacerdos dei ſummi. & benedixit Abraham. Quod autem Melchiſedech typum Chriſti portaret. declarat in pſalmis ſpiritusſanctus ex perſona patris ad filiũ dicens. Ante luciferum genui te. tu es ſacerdos in ęternum ſecundũ ordinem Melchiſedech. Dicũt aliqui. niſi aliquo intercidente peccato. euchariſtiam q̃ttidie accipiendam. Hunc enim panem q̃ttidie dare nobis. iubente domĩo poſtulamus dicentes Panem noſtrum q̃ttidianum da nobis hodie. quod quidem benedicunt. ſi hoc cum religione & deuotõne. et humilitate ſuſcipiũt. ne fidẽdo de iuſticia. ſuperba pręſumptione id faciant. Cęterum ſi talia ſunt crimina. quę quaſi mortuũ ab altari remoueant. prius agẽda pœnitẽtia eſt. ac ſic inde ſalutiferũ medicamentum ſuſcipere. Qui enim manducauerit indigne. iudicium ſibi manducat & bibit. Hoc enim indigne accipere eſt. ſi eo tempore quis accipiat. quo debet a mẽſa dominici corporis ſeparari. nedum forte diu abſtentatus quis prohibetur. a Chriſti corpore ſeparetur. Manifeſtum eſt enim eos uiuere. qui corpus eius adtingunt. unde timendum eſt. ne dum diu quis ſeparat̃ a Chriſti corpore. alienus remaneat a ſalute. ipſo dicente. Niſi comederitis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem. non habebitis partẽ mecũ. & uitam in uobis. Qui enĩ iam peccare quieuit communicare non deſinat.

DE OFFICIO MISSAE. Ca. XXXII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

d E ſacramentis(ut reor)ſatis ſuperius diximus; nũc de officio miſſę.quo ipſa ſacramẽta corpis & ſanguinis Chriſti conficiuntur . quia ordo poſtulat.breuiter dicamus.Officiorum autem pluria licet ſint genera.tamen illud pręcipue quod in ſacris diuiniſq; rebus habetur.officij nomĩe cenſebitur eſſe nuncupandum.quia quãto ipſa res maioris dignitatis eſt.tanto paratiorem & promptiorem iſtius miniſterij quęrit effectum.Officium autem dicitur ab efficiẽdo. quaſi efficium.propter decorẽ ſermonis una mutata littera.Sacrificium dictum.quaſi ſacrum factũ . quod prece myſtica cõſecratur in memoriã dñicę paſſionis. vnde hoc eo iubẽte.in corpus Chriſti & ſanguinẽ dñi; quod dum ſit ex fructibus terrę ſanctificat̃. & fit ſacramentum.operante inuiſibiliter ſpiritu dei.cuius panis & calicis ſacramentum.gręci.ευχαριςιαν.euchariſtiam dicunt.quod latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore & ſanguine Chriſti? Sacramentum eſt in aliqua celebratione.cum re geſta ita fit. ut aliquid ſignificare intelligatur.quod ſancte accipiendum eſt.

Miſſa eſt tẽpore ſacrificij.quãdo cathecumini foras mittuntur.clamante leuita. Si quis cathecuminus remanſit.exeat foras.& inde miſſa.qa ſacramẽtis altaris intereſſe non poſſunt.qui nõ dum regenerati noſcũt. Miſſa autem eſt legatio inter deum & homines. cuius legationis officio fungitur ſacerdos.cum populi uota per preces & ſupplicationes ad deum offert. Et bene hoc tempore ſacrificij fit.quando illius paſſionis mẽoria celebratur.Chriſti uidelicet .mediatoris dei et hominũ.qui ſemetipſum obtulit patri pro nobis . Hunc autẽ morẽ ſacrificij.primũ dñs noſter Hieſus Chriſtus & magiſter inſtituit . quando cõmendauit aplis ſuis corpus & ſanguinem ſuum.priuſquã traderetur.ſicut legitur in euangelio . Accepit inquit panẽ Hieſus. &

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

benedicens fregit. & dedit eis. et ait. Sumite. hoc eſt corpus meū. Et accepto calice. gratias agēs. dedit eis. & biberūt omēs ex illo. et reliqua. Cum benedictione enim et gratiarum actione. primū dominus corporis & ſanguinis ſui ſacramenta dedicauit. et apoſtolis tradidit. q̄d exinde apoſtoli imitati fecere. & ſucceſſores ſuos facere docuerunt. quod et nunc per totum orbē terrarum generaliter tota cuſtodit eccleſia. Sed enī in initio mos iſte cantādi nō erat. qui nūc in ęccleſia ante ſacrificium celebratur. ſed tamen epiſtolę Pauli recitabantur. & ſanctum euangelium. Cęleſtinus aūt. xlv. Epiſcopus poſt Petrū. Romanę ęccleſię tradit̃ primus ſtatuiſſe. ut pſalmi. cl. ante ſacrificium pſallerent̃ antiphonati ex oībus. Fert̃ etiā et lōge āte Theleſphorus Papa conſtituiſſe. ideſt. ix. poſt Petrū. ut ante ſacrificiū hymnus gloria in excelſis deo diceretur. quod tamē modo nō ſemper agitur. ſed in diebus tantum dn̄icis. & in ſanctorū feſtiuitatibus. quod Simmachus Papa lvi. poſt Petrum. ita fieri mandauit. Verum quia de ſacrificiȷ celebratione ſermonem facere incipiebamus. ſecundum quam conuenientiam omnis ordo ille inſtitutus ſit. proſequamur.

DE ORDINE MISSAE. Ca. XXXIII.

p Rimum autē in celebratione miſſę ad introitū ſacerdotis ad altare. antiphona cātatur a clero. vt audiatur ſonitus. quando ingredit̃ ſanctuarium in conſpectu domini. ſicut in ueteri teſtamento. per tintinnabulorū ſonitū ingreſſus innotuit pōtificis. Bene ergo in īgreſſu ſacerdotis. concrepātibus choris auditur modulatio diuinę laudis. ut dominicę celebrationis myſteria. miniſtrorum pie pręcedat cōſonantia. & corporis et ſanguinis Chriſti uenerabile ſacramētū antecedat dignę laudis ſacrificium. Namq; chorus eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

multitudo in ſacris collecta. & dictus chorus. quod in
initio in modum coronę circum aras ſtarent. et ita pſal
lerent. Vnde & eccleſiaſticus liber ſcribit. ſtantē ſacer=
dotem ante aram. & in circuitu coronam fratrum. Alij
chorum dixerunt a cōcordia. quę in charitate cōſiſtat.
ſiue de concinentia ſoni. Cum autem unus canit. gręce
μονοδια. monodia. latie ſiciniū dicitur. & cū duo canūt
bicinium dicitur. cum autem multi. chorus uocatur.
αντιφωνη. antiphona gręce. uox reciproca. ex duobus
ſcilicet choris alternatim pſallentibus dicitur. Poſt in=
troitum autem ſacerdotis ad altare. letanię aguntur a
clero. ut generalis oratio pręuēiat ſpecialē ſacerdotis.
ſubſequit̄ autem oratio ſacerdotis. et pacifica primum
ſalutatione populum ſalutans. pacis reſponſum ab illo
accipiat. ut uera cōcordia et charitatis pura deuotio fa
cilius poſtulata. impetret ab eo qui corda aſpicit. et in=
terna diiudicat. Tūc lector legit lectionem caōnicam.
vt animus auditorum per hanc inſtructus. ad cętera
intentior adſurgat. Poſt hanc ergo cantor dicit reſpō=
ſorium. ut ad compūctionem prouocet. & lenos aīos
audientium faciat. Reſponſorium ergo inde dicitur.
quod alio deſinēte. id alt̄ reſpondeat. Inter reſpōſoria
& antiphonas hoc differt. quod in reſponſorijs unus
dicat uerſum. in antiphonis autem alternent uerſibus
chori. Antiphonas Greci. reſponſoria uero Itali tradūt
primum inueniſſe. Reſponſorium enim iſtud quidam
gradale uocant. eo quod iuxta gradus pulpiti cātatur.
Poſt reſponſorium cantatur alleluia. ſcilicet ut ad cęle=
ſtia mēte populū ſubleuet. & ad diuinā contēplationē
erigat. Alleluia enim duorum uerborum interp̄tatio
eſt. hoc eſt laus dei. et eſt hębręum. Ia enim de decem
nominibus. quibus apud Hębręos deus uocatur unū
eſt. Similiter et Amen hębręum eſt. quod ad omnem
ſacerdotis orationem ſeu benedictionē reſpōdet ppl's
fidelium. Interp̄tari quoqꝫ poteſt amen in latinū. uere

ſiue fideliter.ſeu fiat. Hierõymo teſte in pſalterio ubi
ait.fiat fiat.in hębraico legit̃.amen amen. Hęc duo tñ
verba.ideſt amen & alleluia.nec gręcis nec latinis nec
barbaris licet in ſuam linguam omnino tranſferre. uel
alia lingua annũciare. Nam quãuis interp̃tari poſſunt.
ꝓpter ſanctiorẽ tamen authoritatẽ.ſeruata eſt ab apl̃is
in his ꝓprię linguę antiquitas. Tantũ enim ſacra ſunt
nomina.ut etiam Ioannes in Apocalipſi referat ſpiritu
reuelante.ſe uidiſſe & audiſſe uocẽ cęleſtis exercitus.
tanq̃ uocem aquarum multarũ. et tonitruũ ualidorũ
dicentium.amen.et alleluia. ac per hoc ſic oportet in
terris utraq; dici.ſicut in cęlo reſonãt.Deĩde a diacono
cum ſumma authoritate in auribus ppl̃i recitat̃ euan-
gelium.ut ipſius ibidem audiatur doctrina. ad quem
feruet intentio tota.ipſiuſq; uirtus intelligat̃ per euan
gelium.cuius tunc corporis ſacro ſanctum cęlebratur
myſterium.Per hoc oblationes offerunt̃ a populo. &
offertoriũ cantat̃ a clero.quod ex ipſa cauſa uocabulũ
ſumpſit.quaſi offerentiũ canticum.immittiturq; ſuper
altare corporalis palliũ.quod ſignificat lintheum quo
corpus ſaluatoris inuoluebatur.q̃d ex lino puro textũ
eſſe debet.& non ex ſerico uel purpura.neq; ex pãno
tincto.ſicut a Silueſtro papa inſtitutũ inuenimus. quia
in euãgelio legit̃.Sindone mũda inuolutũ eſſe Ioſeph
corpus ſaluatoris.et ſudariũ capitis eius poſt reſurre-
ctionẽ dñi nõ cũ lintheaminibus poſitum. ſed ſeorſum
inuolutum inueniri.Ponuntur quoq; tunc uaſa ſancta
(q̃d calix eſt et patena)ſuper altare. quę q̃dãmõ dñici
ſepulchri typũ habẽt.qa ſicut tũc corpus Chriſti arõa-
tibus unctũ i ſepulchro nouo ꝑ pioꝝ officiũ cõdebat̃.
ita mõ in eccl̃ia myſticũ corpus illius.cũ ungẽtis ſacrę
orõnis cõditũ i ſacris uaſis. ad ꝑcipiẽdũ fidelibus ꝑ ſa-
cerdotũ officiũ admĩiſtrat̃.Poſtea cãtat̃ miſſa a ſacer-
dote.q poſtq; loquit̃ ad ppl̃m de eleuatione cordis ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deum. exhortaturq; eos ad gratias agendas domino. laudibus os implet. rogatq; ut ipſe omnipotens deus pater. cui deſeruiunt cęleſtes poteſtates. ſua grā. illorū vocibus iubeat humanas aſſociare confeſſiones. quā depręcationem. mox ſubſequitur laus ex angelicis & humanis cantibus confecta. Sanctus. ſanctus. ſanctus dominus deus ſabaoth. pleni ſunt cęli et terra gloria tua. et cętera. De hinc iam conſecratio corporis et ſanguinis domini fit. & depręcatio ualida ad deum. inter quę et dominica oratio decātatur. Poſtquam enim ad communicandum. & ad percipiendum corpus peruētum fuerit. pacis oſculum ſibi inuicē tradunt. cantātes Agnus dei qui tollit peccata mundi. miſererere nobis. ut pacifici ſacramentum percipientes. in filiorum dei numero (remiſſis delictis omibus) mereant copulari. Poſt cōmunionem ergo. et poſt eiuſdem nominis canticū. data benedictione a ſacerdote ad plebē. diaconus prędicat miſſę officium eſſe peractum. dans licentiam abeundi. Iſtum ergo ordinem ab apoſtolis. & ab apoſtolicis uiris traditum Romana tenet eccleſia. & per totum pene occidentem. omnes eccleſię eandem traditionem ſeruāt. Sed quia de ordinibus ſacris. et de. iiii. ſacramentis. nec non et de officio miſſę ſermonē explicauius. huic libro terminū hic ponendū eſſe cēſemus. in ſequētibus. de cęteris officijs atq; obſeruationibus (ſi dominus annuerit) plura relaturi. Additio.

DE MISSA.

a Naſtaſius natiōe Romanus. ex parte Maximo ut legit in geſtis epiſcopalibus. hic conſtituit. vt qtiēſcūq; ſancta recitarēt euāgelia. ſacerdotes et reliquū vulgus nō ſederēt. ſed ſtarēt. Deīde orationem ꝑ ſuis proprijs delictis & plebis remiſſione. ut dignus ſit accedere ad altare. et ad tactum oblatarū. ne fiat illi quod factum eſt Bethſaimitis qui temere arcā

domini tangebant. Suſceptis oblationibus reuertitur ſacerdos ad altare. et lauat manus ſuas. et extergit ab actu communium manuũ. atq; terreno pane. ſacerdos facit de oblata duas cruces iuxta calicem. ut doceat. Chriſtum depoſitũ eſſe de cruce. pro duobus populis crucifixum. Eleuatio ſacerdotis & diaconi corporis & ſanguinis Chriſti. eleuationem eius ad crucẽ inſinuat. pro totius mundi ſalute. Pannus extẽſus ſuper altare. corpus domini monſtrat. extenſum in cruce. et ſuper eo corpus et ſanguis domini conſecratur. quod nos manducamus. aqua & uinum in calice monſtrãt ſacramenta. quę de latere domini in cruce fluxerunt qbus nos notati ſumus. Immiſſio panis in uinũ. uarie apud quoſdam habetur. et agitur. Itali quoq; primo mittunt de ſancto pane in calicem. & poſtea dicũt. pax domini. aliqui uero reſeruant immiſſionem. uſq; dum pax celebrata ſit & fractio panis. Romani uero cum dicũt. pax domini ſit ſemper uobiſcum. mittũt corpus domini in calicem. oblatę particulę. Ipm corpus nobis ante oclos oſtendit. quod pro nobis eſt crucifixũ. Ideo uero tãgit quattuor latera calicis. quia per illud. humanũ genus per quattuor climata mundi ad unitatem unius corpis coniungit. & ad pacem eccleſię catholicę et apoſtolicę producit. talibus nanq; uerbis mittit in calicem corpus domini. Fiat commixtio corporis et ſanguinis domini accipientibus nobis. ad ſalutem mentis & corporis in vitam ęternam. tunc populus facit pacem. ut oſtendat quod nos membra eius ſumus. qui ꝑ nobis crucifixus eſt et reſurrexit. facta pace ſacerdos rumpat oblatam. ex latere dextro una particula relicta ſuper altari. & reliquas oblationes ponat in patenam. tenente eã diacono. Per particulam oblatę immiſſę in calicẽ oſtendit Chriſti corpus. q̄d iã r̄ſurrexit a mortuis. Per comeſtã a ſacerdote & populo. quod poſt reſurrectionẽ adhuc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cũ diſcipulis ambulãs in terra. & ſeipſum uiuũ prebẽs. ꝑ relictã in altari. inſinuat eũ iacere in ſepulchro. & a diſcipulis in paſſione derelictũ. Querit in quo loco inchoatur officium miſſę. et ſi forte ad totum officium nõ occurrerit. ubi pſentare debeat in inicio miſſę? Nobis uidetur miſſam uocari ab eo loco. ubi incipit ſacerdos ſacrificiũ deo offerre. uſqꝫ ad ultimã benedictionẽ qua clamante Leuita. dicit. Ite miſſa eſt.

Explicit liber primus.

LIBER SECVNDVS. DE OFFICIIS ET ORATIONIBVS CANONICARVM HORARVM. Ca. I.

O Fficium ergo miſſę quod in ſuperiori libro contexuimus. maxima ex parte ad ſolum pertinet ſacerdotem. cui ſacrificanda data licentia eſt. et ueneranda myſteria conſecrare. Sed quia illud ꝓ ſua reuerẽtia & dignitate primo loco poſitũ eſt. de ceteris officijs diurnalium ſiue nocturnaliũ horarum. quibus certis ſpaciorum terminis. preces et orationes generaliter ſine differẽtia uniuerſę dño offerre decet eccleſię. conſequent exponamus. Oratio enim petitio dicitur. nam orare eſt petere. ſicut exorare impetrare. Conſtat autem oratio loco et tempore. Loco. quoniã ubiqꝫ et in publico ſiue in plateis. more phariſęorum orare a Chriſto prohibentur. ſed ubi oportunitas dederit. aut neceſſitas importauerit. Neqꝫ enim huic illud apoſtoli contrarium eſt. quod dicit ad Timotheum ſcribens: Volo inquit uiros orare in omni loco. leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. et reliqua. Et neqꝫ illud pſalmiſtę quod dicit. In omni loco dominationis eius: benedic anima mea dñm. ſed hęc ad interna reſpectãt.

quibus ſemper deum orare et benedicere oportet. Ille ergo in omni loco orat deū. qui per charitatis officia et bona opera, ubiq; manus cordis mundas eleuare ad deum ſatagit. Tempore autem, quoniam canonicas horas ad orandum a patribus conſtitutas inceſſanter ſeruat eccleſia. quas quaſi pro debito exorandi officio ſtatutas. nullo modo negligere fas eſt. ut ſunt. Prima. tertia. ſexta. nona. ueſpera. et cętere quę ſimiliter obſeruantur. Nec enim illud hāc conſtitutionē cōfundit. quod pſalmiſta dicit. Benedicam dominū in omni tpe. ſemper laus eius in ore meo. et apoſtolus. Sine intermiſſione inquit orate. et reliqua. Benedicere enim dm̄ eſt in omni tempore. ſemper illum digna conuerſatiōe laudare. & ſine intermiſſione orare eſt. oīa in gloriā dei agere. ſicut dicit idem apoſtolus. Siue enī manducatis ſiue bibitis. ſiue aliud quid facitis. oīa in gloriā dei facite. Supradictę enī horę ideo ſpecialiter ad orādum diſcretę ſunt. ut ſi forte aliq̄ op̄e fuerimus detēti. ipſum nos ad officium tempus admoneat. Quę tēpora in ſcripturis diuinis pręſtituta inueniunt̄. Nā in ueteri teſtamento pręceptum eſt quottidie. mane. et ueſpere domino adolere incenſum. Et Dauid dicit. Veſpere. mane. et meridie. narrabo et annunciabo. & exaudiet vocem meam. Et item. Septies in die laudem dixi tibi. Sed & ſanctus Daniel ꝓphęta. tercia. et ſexta. et nona hora diei ad deprecādum dominū, aſcendit in ſolariū ſuum. expāſis manibus ad cęlum, deum depręcatur pro ſe & pro populo Iſrahel.

DE MATVTINA CELEBRATIONE. Ca. II.

PRimū ergo de matutiorū ātiqtate Dauid ꝓphęta teſtatus ē dicēs. Deus deus meus ad te de luce uigilo. et itē. In matutīs meditabor ī te. et itē.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pręuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Diluculo autem proinde oratur, ut reſurrectio Chriſti celebretur. In uigilia ergo matutina dñs Iſrahel ducens per mare rubrũ, Pharaonẽ & Egiptios in ipſo dimerſit. & matutina hora Chriſtus a morte reſurgens, populum ſuum ſaluãs, diabolum & ſatellites eius ęterna captiuitate damnauit. Matutina enim luce radiante, dñs et ſaluator noſter ab inferis reſurrexit, quãdo cœpit oriri fidelibus lux, quę moriẽte Chriſto occiderat peccatoribus. Siquidem et eodem tempore cunctis ſpes futurę reſurrectionis creditur, cũ iuſti & omnes ab hac temporali morte, quaſi a ſopore ſomni reſurgentes euigilabunt.

DE OFFICIO PRIMAE HORAE Ca. III.

p Rimę autem horę celebratio proinde fit, quia in ortu diei quando Sol ab oriente primũ apparet, oportet ut ſolem iuſtitię oriri poſtulemus, vt in illius lumine ambulantes, peccatorum tenebras & laqueos mortis euadamus. Iuxta illud, quod ipſa veritas nos admonet dicens. Ambulatę dum lucẽ habetis, ne forte tenebre uos comprehendãt. Et itẽ. Qui ambulat in die non offendit. Ego ſum lux ...

DE TERCIAE HORAE CELEBRATIONE. Ca. IIII.

t Ercię horę officium ideo fit, quia tercia hora Chriſti paſſio cœpit, cum per Iudęorũ linguas iam tunc dominus crucifixus eſt, et poſt reſurrectionem eius in die pẽthecoſtes, tercia hora ſpiritus ſanctus ſuper apoſtolos deſcendit. Suo utiq; loco & numero ad probationem uenerabilis trinitatis, ſpũs paracletus deſcendit ad terras, impleturus gratiã quã Chriſtus promiſit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DE OFFICIO SEXTAE HORAE. Ca. V.

Exta autē hora Chriſtus in arā crucis aſcendit.
s ęterno patri ſeipm̄ offerens. ut nos a poteſtate
inimici et a perpetua morte liberaret. atq; ideo
conuenit. ut ea nos hora orantes & depręcantes in lau
dibus eius inueniat. qua ipſe nos per ſuam paſſionem
ad uitam ęternam reſtaurauit.

DE OFFICIO NONAE HORAE. Ca. VI

Ona utiq; hora inde conſecrat̄. quia in ea dn̄s
n pro inimicis poſtulans. in manus patris ſpiritū
cōmendauit. qua uidelicet fideles quoſq; opor
tet. ut ſe deo commendent cum deuota oratione. qua
caput ſuum cognoſcunt propriam animam patri ſuo
commendaſſe. ut in eius corpus coadunati. cum ipſo
regnū poſſint intrare perpetuū. Hocq; conſideratione
dignum eſt. quod per cuncta hęc temporum ſpacia.
ternarius numerus ſatis uenerabilis emicat. nos admo
nens ut poſt trium horarum curricula. unumquodq;
horum officiorum peragētes. ſanctā trinitatem ſacris
laudibus celebrēus. Horū q̄q; officioꝝ ſtatuta obſer=
uaſſe ipſi apl̄i legūt̄. ſicut in actibus apoſtolorū legit̄.
quod Petrus qua die uiſionem cōmunicationis in illo
uaſculo expertus eſt. ſexta hora orandi gr̄a aſcēderit.
Et item Petrus inquit et Ioānes aſcendebāt in templū.
ad horam orationis nonam.

DE VESPERTINA CELEBRATIONE Ca. VII.

Eſpertinum officiū in diurnę lucis occaſu eſt.
v cuius ex ueteri teſtamento ſolēnis eſt celebra=
tio. Deniq; hoc tp̄e. ueterum ſacrificia offerri
adoleriq; altario aromata & thura. ſicut ſupra dixius
mos erat. cuius rei teſtis eſt hymnidicus ille, regio ac
ſacerdotali functus officio dicens. Dirigat̄ oratio mea

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut incenſum in cōſpectu tuo. eleuatio manuū meaꝝ ſacrificium ueſpertinum. In nouo quoqꝫ teſtamēto eo tempore dominus & ſaluator noſter cœnātibus ap̄lis. myſteriū ſui corp̄is et ſāguīs ī initio tradidit. ut tp̄s ip̄m ſacrificij. ueſperū oſtenderet ſęculi. Proinde in honorē ac memoriam tantorum ſacramentorum. in his temporibus adeſſe nos decet dei conſpectibus. & perſonare in eius cultibus. orationum noſtrarum illi ſacrificium offerentes. atqꝫ in eius laudibus pariter exultantes. Veſperum autem nominatur a ſidere quod ueſper uocatur. & decidēte ſole exoritur. de quo ꝓpheta dicit. Et ueſperum ſuper filios hominum producere facit.

DE COMPLETORIO. Ca. VIII.

E completis autem celebrandis etiam in patrū
d inuenimus exemplis. Dauid propheta dicēte. Si aſcēdero in lectum ſtrati mei. ſi dedero ſomnum oculis meis. & palpebris meis dormitationē. aut requiē temporibus. donec inueniam locum domino. tabernaculum deo Iacob. Quis non ſtupeat tantam in amore dei deuotōnem animi. ni ſomnum ſibi ſine quo utiqꝫ corpora humana deficiunt penitus interdixerit. donec locum ac templum domino fabricandum. in pectore ſuo rex & ꝓpheta reperiret? Quę res nos debet fortiter admōere. ut ſi ipſi locus domini eſſe uolumus. & tabernaculum eius ac templum cupimus haberi. inquantum poſſumus exempla ſanctorum imitemur. ne de nobis dicatur quod legitur. Dormierunt ſomnū ſuum. & nihil inuenerunt. et reliqua. Circa undecimā autem horam. ideſt in fine diei. quando huius officij tempus eſt. credimus ſaluatoris corpus poſitum eſſe in ſepulchro. ac perinde iſtius quoqꝫ curſus. ſolēnis debet eſſe celebratio. atqꝫ magnop̄e poſtulare debemus. ut ipſe qui hac hora quietem ſepulchri intrauit. nobis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eternam requiem in cęlis concedere dignetur.

DE NOCTVRNA VIGILIARVM CELEBRATIONE. Ca. IX.

d E uigiliarum quoqꝫ nocturnaliũ cęlebratione
antiqua eſt inſtitutio. uigiliarum deuotio fami
liare bonum eſt omnibus ſanctis. Eſaias quoqꝫ
exclamat ad deũ dicẽs. De nocte uigilat ſpũs meus ad
te domine. quia lux pręcepta tua ſunt ſuper terrã. Item
Dauid & regio et prophętico ſanctificatus unguento.
ita canit. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi
ſuper iudicia iuſtitię tuę. Hoc nanqꝫ tempore uaſtator
angelus tranſiens. primogenita Aegiptiorũ percuſſit.
Vnde & nos euigilare oportet. ne ꝑiculo Aegiptiorũ
admiſceamur. Hiſdem etiam horis uenturum ſe eſſe
in euangelio ſaluator aſtruxit. Vnde et ad uigilãdum
auditores ſuos excitans dixit. Beati ſerui illi. quos cũ
uenerit dominus. inuenerit uigilantes. Vigilate ergo.
neſcitis enim quando dominus ueniat. ſero. an media
nocte. an gallicãtu. an mane. ne cum uenerit. inueniat
uos dormientes. Et ne ſolis apoſtolis illud pręceptum
eſſe crederetur. mox ſubiunxit. Quod autem (inquit)
vobis dico. omnibus dico. uigilate. Siquidem nec uer=
bis ſolum docuit uigilias. ſed etiam confirmauit exem
plo. nanqꝫ teſtatur euangelium. quia erat Hieſus per=
noctãs in oratione dei. Paulus quoqꝫ & Silas in cuſto=
dia publica circa medium noctis orantes. hymnum (au
dientibus cunctis) uincti dixiſſe memorãtur. ubi terrę
motu repente facto. & concuſſis carceris fundamẽtis.
& ianuę ſponte apertę. & omnium uincula ſunt ſoluta.
Vnde oportet his horis pſallendi orandiqꝫ frequentiã
nos in ſc̃tis habere officijs. finemqꝫ nr̃m. ul'ſi aduenerit
ſub tali actu. expectare ſecuros. Eſt autẽ ꝙddã genus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hęreticorum .ſuperfluas exiſtimãtium ſacras uigilias. & ſpiritali opere infructuoſas. dicentes. Iura temerari diuina. qui noctem fecit ad requiem. ſicut diem ad laborem. Qui hęretici gręco ſermõe. νυϛαγησ .nyſtages. hoc eſt ſomniculoſi uocantur. Iſte autem eſt catholicus ordo diuinarũ celebrationũ. qui ab uniuerſa eccleſia Chriſti incommutabiliter ſeruatur.

DE CAETERIS LEGITTIMIS ORATIONIBVS. Ca. X.

s Vnt et alię orationes legittimę. quę ſine ulla admonitione debentur. ut ẽ illa quam dicimus ante inceptionem alicuius operis domini adiutorium poſtulantes. Nec enim decet Chriſtianũ aliq̃d opus ſua pręſumptione incipere. anteq̃ ſtudeat dñm in auxilium aduocare. quia ipſe dixit. Sine me nihil poteſtis facere. Humiliter ergo aduocatus. dignatur nos adiuuare. ſicut de ipſo ſcriptum eſt. Inuocauit me inq̃t & ego exaudiam eum. cum ipſo ſum in tribulatione. eripiam eum & glorificabo eũ. et reliqua. Sed et cibũ non prius ſumere licet. quam interpoſita oratiõe. priora enim habenda ſunt ſpiritus refrigeria quam carnis. quia priora ſunt cęleſtia quam terrena. Similiter autẽ & poſt cibum orare cõuenit. ut domino pro ſuis donis gratię referantur. ut illud in hoc compleatur pſalmiſtę quod dicit. Edent pauperes et ſaturabuntur. & laudabunt dominum qui requirunt eum.

DE PECVLIARIBVS ORATIONIBVS. Ca. XI.

p Eculiares autem orationes. pure & frequenter facere. & bonum et laudabile eſt. quia multorũ patrum exempla id nos facere ſuadẽt. ipſe dñs etiam ſuo magiſterio hoc docere nos dignatus ẽ dicẽs. Tu autem cum oraueris. intra in cubiculum. & clauſo oſtio ora patrẽ tuũ. & paẽ tuus qui uidet in abſcõdito

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

reddet tibi. Sed et hoc non in clamoſa uoce faciendum eſt. ſed cum intentõne cordis. & compunctione lachrymarum. quia hoc modo nos exaudiri a dño credimus dicente pſalmiſta. Exaudiuit dominus uocẽ fletus mei. & reliqua. Et itẽ. Sacrificiũ deo ſpiritus contribulatus. cor contritum et humiliatum deus non ſpernit. Nam aſſidue et inſtanter orare. ipſa ueritas nos docuit cum dixit. Petite & dabitur uobis. querite et inuenietis. pulſate et aperietur uobis. omnis enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. & pulſanti aperietur. Et ut exẽplo aliquo eandem rem magis ſuaderet. parabolam de homine in medium. qui amicum ſuum in conclaui poſitũ de tribus panibus poſtulauit. et panis. et lapidis. piſcis & ſerpentis. oui et ſcorpionis comparationem faciẽs. nouiſſime ita narrationem concluſit. Si ergo uos inqt cũ ſitis mali. noſtis bona data dare filijs ueſtris. quanto magis pať ueſter de cęlo dabit ſpm̃ bonũ petẽtibus ſe.

DE QVADRIPERTITA SPECIE ORATIONVM. Ca. XII.

Rationum ergo ſpeciẽ. apoſtolus quadriptita
o ratione diſtinxit. ita dicens. Depręcor itaq; pri=
mo omnium fieri obſecrationes. orationes. poſtualtiones. gratiarum actiones. quę non inaniter ab apoſtolo ita fuiſſe diuiſa minime dubitandum eſt. Nõ enim credendum eſt aliquid tranſitorie ac ſine ratione ſpiritumſanctum per apoſtolum protuliſſe. ac ideo primitus indagandũ eſt. quid obſecratione. quid orõne. quid poſtulatione. quid gratiarum actione ſignetur. deide perquirendum. utrum hęc quattuor ſpecies ab vnoquoq; orante ſint pariter aſſumendę. an alius qdẽ obſecrationes. alius oratiões. alius uero poſtulatiões. aliuſq; gratiarum actiones deo debeat exhibere. Sed menſuram ſcilicet ętatis ſuę. in qua una quęq; mens p intentionem proficit. & induſtriã unumquẽq; oportet

intendere. Obſecrationes itaq; ſunt. imploratões ſeu petitiones pro peccatis. qbus uel prę̨ſentibus uel prę̨teritis admiſſis ſuis. unuſquiſq; compunctus ueniam deprę̨catur. Orationes ſunt. quibus aliquid offerimus ſeu uouemus deo. uerbi gratia. Oramus cũ renuncian tes huic mundo & actibus. atq; cõuerſationi mũdanę. ſpondemus nos tãta intentione cordis dño ſeruituros. Oramus. cum promittimus nos puriſſimam corporis caſtitatem. ſeu immobilem patiẽtiam exhibituros eſſe perpetuo. uel cum de corde noſtro radices irę. ſiue triſticię mortẽ operantis. uouemus nos funditus eruere. Tercio loco ponunt̃ poſtulationes. quas pro aliis ꝗq; dũ ſumus in feruore ſpũs conſtituti ſolemus emittere. vel charis ſcilicet noſtris. uel pro totius mundi pace poſcentes. ut ipſius apoſtoli uerbis eloquar. cum pro omnibus hoĩbus. pro regibus. & pro his qui in ſublimitate ſunt ſupplicamus. Quarto deĩde loco. gratiarũ actiones ponuntur. quas mens uel cum prę̨terita dei recolit beneficia. uel cum prę̨ſentia complectit̃. ſeu cũ in futurum quę et quanta prę̨parauerit deus his qui diligunt eum proſpicit. per ineffabiles exceſſus domio refert. Qua intentione nõ nunquam prę̨ces uberiores emitti ſolẽt. dum illa quę poſita ſunt in futuro prę̨mia. puriſſimis oculis intuẽdo. gratias cũ immenſo gaudio ſpiritus noſter inſtigatur infundere.

QVOMODO EX HIS SPECIEBVS COM PVNCTIO NASCATVR. Ca. XIII.

e X his quoq; quattuor ſpeciebus. ſolẽt occaſiones ſupplicationum pinguium generari. Nam & de obſecrationis ſpecie quę de com punctione naſcitur peccatorum. & de orõis

ſtatu . quæ de fiducia oblationum . & conſumatione futurorum . pro conſcientię profluit puritate . & de poſtulatione q̄ de charitatis ardore procedit . & de grãrũ actione quę beneficiorũ ac magnitudinis . ac pietatis eius conſideratione generat̃ . feruentiſſimas ſępiſſime nouimus preces ignotaſq; prodire . Ita et cõſtat . om̃es has quas p̃diximus ſpecies . om̃ibus hominibus utiles ac neceſſarias inuenire . ut in uno eodemq; uiro . nunc quidem obſecrationum . nunc autem orationum . nunc poſtulationum . & nunc gratiarum actionum . puras ac feruentiſſimas ſupplicationis uariatos emittat affectus . Prima ad illos peculiarius uidetur pertinere . qui adhuc uiciorum ſuorũ aculeis ac memoria remordẽt̃ . Secunda ad illos qui in profectu . iam ſpiritali appetitu uirtuum . quadam mentis ſublimitate cõſiſtũt . Tercia ad eos qui perfectionem uotorum ſuorum operibus adimplẽtes . intercedere pro aliis quoq; conſideratiõe fragilitatis eorũ charitatis ſtudio prouocant̃ . Quarta ad illos qui iam pœnali conſcientię ſpina de cordibus pulſa . ſingulares iam munificentias domini . ac miſerationes quas uel in pręterito tribuit . uel in p̃ſenti largit̃ . vel pręparat in futuro . mente puriſſima retractantes . ad illam ignitam . et quę ore hominũ nec cõphendi . nec exprimi poteſt orationom . feruentiſſimo corde raptantur . Non nunquam tamen mens quę in illum verum puritatis proficit affectum . atq; in eo cœperit radicari . ſolet hęc omnia ſimul pariterq; cõcipiens . atq; in modum cuiuſdam incõpręhenſibilis ac rapaciſſimę flammę cuncta peruolitans . ineffabiles ad deum . tanta ſcilicet in illius horę momento concipiens . & effabilit̃
(in ſupplicatione profundens .

quanta non dicam ore percurrere. ſed ne ipſa quidem mente ualeat alio tempore recordari.

DE EXOMOLOGESI. ideſt CONFESSIONE. Ca. XIIII.

Xomologeſis. εξομολογησισ. grȩco uocabulo
e dicit. quod latine confeſſio interp̄tatur. Cuius nomis duplex ſignificatio eſt. aut eni in laude intelligitur confeſſio. ſicut eſt. Confiteor tibi domine pater cȩli et terrȩ. aut in denudatione peccatorū. cum quiſq; deo confitetur ſua peccata ab eo indulgēda. cuius indeficiens eſt miſericordia. Ex hoc igitur grȩco uocabulo exprimitur & frequentatur Exomologeſis. quod delictum noſtrum dn̄o confitemur. non quidem ut ignaro. cuius cognitioni nihil ocultum eſt. Vnde p̄ ſapiētiam dicitur. Qui abſcōdit ſcelera ſua nō diriget. qui aūt confeſſus fuerit. & reliquerit ea. miſericordiā conſequetur. Cōfeſſio eſt. rei ſcilicet eius quȩ ignorat̄ prȩfeſſa cognitio. Vtile enim ac iocundum quiſquam eſſe exiſtimauerat rapere. adulterari. furari. ſi tibi hȩc ȩternȩ dampnationis obnoxia cognouit. cognitis his. confitetur errorem. Cōfeſſio autem erroris. profeſſio eſt deſinendi. Deſinendum ergo eſt a peccatis dum cō feſſio eſt. confeſſio autem antecedit. remiſſio ſequit̄. Cȩterum autem extra uiam eſt qui peccatū cognoſcit. nec cognitum confitet̄. de quo inſtruxit nos pſalmiſta dicens. Reuela domino uiam tuam. et cȩtera. Nam idē & ſe feciſſe teſtat̄ dicens. Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſticias meas domīo. &c̄. Apl̄s uero Iacobus idē nos facere exhortat̄ dicēs. Confitemini alterutrū peccata ueſtra. & orate pro inuicē & cȩrate. Itaq; exomologeſis. p̄ſterni et humile faciendi hominibus diſciplina eſt. habitu uili atq; uictu gracili. ſacco & cinere corpus incuruare. ac ſordibus obſcurare. animum mœroribus deiicere. illa quȩ peccauit triſti tractatione mutare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DE LETANIIS. Ca. XV.

Etaniæ. λιτανειαι. autem gręco noĩe appellant̃.
l quę latine dicuntur rogationes. Inter letanias
vero et exomologeſin hoc differt. quod exo-
mologeſis ex ſola confeſſione peccatorũ agit̃. letanię
vero quę indicuntur propter rogandum dñm. et impe
trandam aliquam eius miſericordiam. Supplicationis
nomen quodammodo nunc ex gentilitate retinet̃. Nã
ferię aut legittimę erant apud eos. aut indictę. Indictę
autem quia paupertas antiq̃ Romanorũ ex collatione
ſacrificabat. aut certi de bonis dampnatorũ. Vnde ſup
plitia dicuntur ſupplicationes. quę fiebant de bonis ex
paſſorum ſupplitio. Sacrę enim res. de rebus execran-
dorum fiebant.

DE DISCRETIONE ORATIONIS DOMINICAE. Ca. XVI.

Pud euangeliſtam Matheum ſeptem petitiões
a dominica continere uidetur oratio. quarum
tribus ęterna poſcunt̃. reliquis quattuor tem-
poralia. quę tamen propter ęterna conſequenda ſunt
neceſſaria. Nam quod dicimus Sanctificet̃ nomẽ tuũ.
adueniat regnum tuum. fiat uoluntas tua ſicut in cęlo
& in terra. quod non abſurde quidem intellexerũt. in
ſpiritu & corpore omnino ſine fine retinenda ſunt. quę
hic quidem inchoantur. & quantumcũq; proficimus
augentur in nobis. perfecte uero quod in alia uita ſpe-
randum eſt. ſemper poſſidebunt̃. Quod uero dicimus
Panẽ nr̃m q̃ttidianũ da nobis hodie. & dimitte nobis
debita noſtra ſicut et nos dimittimus debitoribus no-
ſtris. & ne inferas nos in tentationem. ſed libera nos a
malo. quis non uideat ad pręſentis uitę indigentiam
pertinere? In illa itaq; uita ęt̃na. ubi nos ſperamus ſem
per futuros. & nominis dei ſanctificatio. et regnũ eius
& uoluntas eius. in noſtro ſpiritu et corpore perfecte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

atq; immortaliter permanebūt. Panis uero q̄ttidianus
ideo dictus. quia hic eſt neceſſarius. quantus animę
carniq; tribuēdus eſt. ſiue ſpiritualiter ſiue corporalit̄
ſiue utroq; intelligatur modo. Hic eſt etiam quam po-
ſcimus remiſſio. ubi eſt omnis commiſſio peccatorū.
Hic tentationes quę nos ad peccandum uel alliciūt uel
impellunt. hic deniq; malum unde cupimus liberari.
illic autem nihil horum eſt. Euangeliſta uero Lucas in
oratione dominica petitiones non ſeptem. ſed quinq;
complexus eſt. nec ab ipſo utiq; diſcrepauit. ſed quō
iſta ſeptem ſunt intelligenda. ipſa ſua breuitate cōmo-
nuit. Nomen quippe dei ſanctificatur in ſpiritu. dei aūt
regnum in carnis reſurrectione uenturum eſt. Oſten-
dens ergo Lucas tertiam petitionem duarum ſupiorū
eſſe quodāmodo repetitionem. magis eā pręmittēdo
fecit intelligi. deinde tres alias adiungit. de pane q̄tti-
diano. de remiſſione peccatorum. de tētatione uitāda.
At uero q̄d ille in ultimo poſuit. ſed libera nos a malo.
iſte non poſuit. ut intelligeremus ad illud ſuperius q̄d
de tentatione dictum eſt pertinere. Ideo quippe ait ſed
libera. non ait et libera. tāquam petitionem eſſe demō
ſtrās. noli hoc. ſed hoc. ut ſciat unuſquiſq; in eo ſe libe-
rari a malo. quo non infertur in tētationem. Hęc ergo
oratio licet omnem uideatur perfectionis plenitudinē
continere. utpote quę ipſius domini authoritate uel
iniciata ſit uel ſtatuta. prouehit tamē domeſticos ſuos
ad illum pręcelſiorem quem ſuperius cōmemorauiūs
ſtatum. eoſq; ad illam igneam ac per paucis cognitam
uel expertam. immo ut prius dixeram ineffabilem ora
tionem. gradu eminentiore perducit. quem ſtatū dn̄s
quoq; noſter illorum ſupplicationum formula. quas
uel ſolus in monte ſecedēs. uel tacite fudiſſe deſcribit̄.
ſimiliter figurauit. cum ī orationis agonia conſtitutus.

etiam guttas ſanguinis. in imitabili intentionis ꝓfudit exemplo. Qui enim uult orationem ſuam ad dominū volare. faciat illi duas alas. ieiuniū & elemoſynam. & aſcendet celeriter. & exaudietur. Ieiunium ergo cum oratione omnem uirtutem inimici ſuperat. & cunctam proteruitatem eius expellit. quod oſtendit in euāgelio dominus. cum apoſtoli conqueſti fuerant. quod lunaticum curare non poterant. ita reſpōdetis eis. Hoc aūt genus non eicietur. niſi per orationem & ieiunium. Elemoſynas autem orationē confirmat adiuuare lib er actus apoſtolorum. cum narrat angelum Cornelio Cēturioni ita dixiſſe. Corneli. orationes tuę & elemoſynę tuę aſcenderunt in conſpectu domini. Sed prius de Ieiunio. poſtea de elemoſynis dicemus. Quis enim parſimoniam non laudet. qui recolit primi hominis lapſum per gulę appetitum accidiſſe? quis ieiuniū non ꝑdicet. qui nouit Prothoplaſtum parentem noſtrum per ęſum uictum. & ſaluatorem per ieiunium dyabolū uiciſſe?

DE IEIVNIO. Ca. XVII.

i Eiunium res eſt ſancta. opus cęleſte. ianua regni. forma futuri. Quod qui ſancte agit. deo iungitur. alienatur mundo. ſpiritalis efficitur. Per hoc enim proſternuntur uicia. humiliatur caro. diaboli tentamenta uincuntur.

QVID SIT INTER IEIVNIVM ET STATIONEM. Ca. XVIII.

i Eiunium eſt et parſimonia uictus. abſtinentiaqꝫ ciborum. cui nomen inditum eſt ex quadam parte uiſcerū tenui ſemꝑ et uacua. quod uulgo

ieiunium uocatur. Vnde ieiunio nomen deriuatũ. q̃d ſui inedia uiſcera uacua & exinanita exiſtant. Ieiuniũ autem & ſtatio dicit̃. Statio autem de militari exẽplo nomen accepit. pro eo quod nulla lętitia obueniens caſtris. ſtationem militum reſcẽdit. Nam lętitia liberius. triſticia ſollicitius adminiſtrat diſciplinam. Diſcernunt autem quidam inter ieiunium & ſtationem. Nam ieiunium indifferenter cuiuſlibet diei eſt abſtinentia. non per legem. ſed ſecundum propriam uolũtatem. Statio obſeruatio ſtatutorum dierum uel temporum. dierũ. vt quartę ferię et ſextę ferię. Ieiunium ex uetere lege pręceptum. de qua ſtatione in euangelio dixit ille. Ieiuno bis in ſabbato. ideſt in q̃rta et ſexta ſabbati. tẽporũ autem quę legalibus ac prophęticis inſtitutionibus terminatis temporibus ſtatuta ſunt. ut ieiuniũ quarti. ieiunium quinti. ieiunium ſeptimi. et ieiuniũ decimi. vel ſicut in euangelio dies illi in quibus ablatus eſt ſpõſus. ul'ſicut obſeruatio quadrageſimę. quę in uniuerſo orbe inſtitutione apoſtolica obſeruatur circa confiniũ dominicę paſſionis.

DE IEIVNIO QVARTI. QVINTI. SEPTIMI. ET DECIMI MENSIS. Ca. XIX.

i Eiunium ergo quarti eſt in mẽſe Iulio. ſeptima decima die menſis eiuſdem. quãdo deſcendẽs Moyſes de monte tabulas legis confregit. in eo etiam die Nabuchodonoſor urbis Hieruſalem primũ muros deſtruxit. Dies ieiunij quinti in mẽſe Auguſto eſt. quãdo pro ſpeculatoribus ad terram ſanctã miſſis. ſeditio in caſtris Hębręorum exorta eſt. & factum eſt vt per deſertum quadraginta annos diſcurrerẽt laborioſe. et in annis. xl. in heremo omnes perirent. Siqdẽ & in eo menſe a Nabuchodonoſor et multo poſt tp̃e a cęſare Tito templum euerſum eſt atq; ſuccẽſum. & in obprobriũ gentis ꝑditę exaratũ. Dies ieiunij ſeptimi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

in ſeptimo menſe eſt. qui appellatur Septembris. in q̃
occiſus eſt Golias. & reliqui qui erant in Hieruſalem
interfecti ſunt. iuxta quod loquitur Hieremias. Dies
ieiunij decimi. eſt in mēſe decimo. qui apud nos uocat̃
December. quando cognouerūt cūcti Babyloni capti.
quinto menſe templum fuiſſe deſtructum. & fecerunt
plāctum atq; ieiunium. Hęc beatiſſimus Hieronymus
in commētarijs Zacharię ſcripſit. Sed quia hęc ieiunia
magis in ueteri teſtamēto quā in nouo cęlebrata ſunt.
ne penitus illa pret̃miſiſſe uideremur. quia in ꝓphęta
Zacharia cōmemorata ſunt. breuiter adnotauimus.
ad noui teſtamēti ieiunia exponenda tranſeuntes.

DE QVADRAGESIMALI IEIVNIO. Ca. XX.

P Rimum enim ieiunium quadrageſimę eſt. q̃d
a ueteribus libris cępit ex ieiunio Moyſi & He
lię. & ex euangelio. quia totidem diebus dn̄s
ieiunauit. demonſtrans euangelium non diſſentire a
lege & ꝓphętis. In perſona quippe Moyſi lex. in ꝑſona
Helię prophętę accipiuntur. inter quos in monte Chri
ſtus glorioſus apparuit. ut euidentius emineret quod
de illo dicit apoſtolus. teſtimonium habens a lege &
prophętis. In qua ergo parte anni congruētius obſer=
uatio quadrageſimę conſtitueretur. niſi confinis atq;
contigua dominicę paſſionis. quia in ea ſignificat̃ hęc
uita laborioſa? Cui etiam opus eſt continentia. ut ab
ipſius mundi illecebris ieiunemus. uiuentes in ſola mā
na. ideſt in cęleſtibus ſpiritualibuſq; p̄ceptis. Numero
autem quadragenario uita iſta ꝓpterea figurat̃. quia
denarius eſt perfectio beatitudinis noſtrę. Creatura
autem ſeptenario figuratur. quę adheret creatori. in q̃
declaratur unitas trinitatis. per uniuerſum mundum
temporaliter annunciata. Et quia mundus quattuor
ventis deſcribitur. & a quattuor elementis erigit̃. & a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quattuor anni temporum uicibus uariaẽ. decem q̃ter ducta. in quadraginta conſummanẽ. quo numero oſtẽditur ab omni temporum delectatione abſtinendũ & ieiunandum eſſe. et caſte continenterq; uiuendũ. licet & aliud ſacramenti myſterium exprimitur. in hoc quod quadragĩta diebus. eadem ieiunia cęlebrantur. Lege enim Moſayca generaliter uniuerſo populo eſt pręceptum. decimas & primitias offerre domino deo. Itaq; cum in hac ſententia principia uoluptatum. conſummationeſq; operũ noſtrorũ. referre ad dei gratiã admonemur. in ſupputatione tamen quadrageſimę. ſumma iſta legalium decimarum expletur. Totũ enim anni tempus. triginta ſex dierum numero decimatur. ſubtractis enim quadrageſima diebus dñicis. quibus ieiunia reſoluuntur. his diebus quaſi pro totius anni decimis. ad eccleſiam concurrimus. actuũq; noſtrorũ operationem. deo in hoſtiam iubilationis offerimus. cuius quidẽ quadrageſimę lege ſicut ait noſter Caſſianus. quiq; perfecti ſunt non tenẽtur. nec exigui. huius canonis ſubiectione contẽti ſunt. Quem profecto illis qui per totum anni ſpacium. delicijs ac negocijs ſęcularibus implicãt. eccleſiarũ prĩcipes ſtatuerũt. vt uł hoc legali q̃d ãmodo dierũ uitę ſuę. q̃s totos q̃ſi fructus q̃ſdam fuerãt uoraturi. uelut decĩas dño dedicarent.

DE IEIVNIO PENTECOSTES. Ca. XXI.

s Ecundum ieiuniũ eſt. quod iuxta canones poſt pentecoſten alia die inchoaẽ. ſecundũ quod & Moyſes ait. In initio menſis. ordinarie facietis vobis ebdomadas ſeptem. Hoc ieiuniũ a plerіſq; ex authoritate euãgelij poſt dñi aſcẽſionẽ cõpleẽ. teſtioniũ illđ dñicũ hiſtorialiẽ accipiẽtes ubi dicit. Nũqd poſſũt filij ſponſi lugere quã diu cũ illis eſt ſponſus? Venient autem dies. cũ auferreẽ ab eis ſpõſus. et tũc ieiunabũt. Dicunt enim poſt reſurrectionẽ dñi quadraginta illis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diebus quibus cũ diſcipulis poſtea legit̃ conuerſatus.
non oportere nec ieiunare nec lugere. quia in lętitia
ſumus. Poſtea uero quã tẽpus illud explet̃. quo Chri=
ſtus aduolans ad cęlos. pręſentia corporali receſſit. tũc
indicendũ eſſe ieiunium. ut per cordis humilitatem &
abſtinentiã carnis. mereãur e cęlis ꝓmiſſum ſuſcipere
ſpiritum ſanctum. Sed ſicut diximus bene & regularit̃
hoc poſt pẽtecoſten a patribus cõſtitutũ eſt inchoare.
vt gaudia promiſſi ſpiritusſancti exultãtes in laudibus
dei. aduentũ ipſius expectemus. & tũc per eius gratiã
innouati. ac cęlo ſpũali inflãmati. abſtinẽtię et ieiunnio
operam demus. Cui rei concordant uerba Lucę. q̄bus
dominum aſcenſurum in cęlos. diſcipulis pręcepiſſe
narrauit. Vos aũt inquit ſedete in ciuitate. quoaduſq;
induamini uirtute ex alto. Tamen ſi qui monachorũ
vel clericorum ieiunare cupiũt. nõ ſunt prohibendi.
quia & Antonius et Paulus. & cęteri patres antiq. his
diebus in heremo leguntur abſtinuiſſe. nec ſoluiſſe ab
ſtinentiam. niſi tantum dominico die.

DE IEIVNIO ANTE NATIVITATEM DOMI= NI. QVOD FIT IN IX. ET X. MENSE. Ca. XXII.

t Ercium ieiunium eſt quod conſtat in menſe no
uembrio. q̄d diuĩa authoritate inſtitutum. uel
iniciatum Hieremię ꝓphętę teſtimonio decla=
ratur. dicente ad eum domino. Tolle uolumen libri. &
ſcribes in eo oĩa uerba quę locutus ſum tibi aduerſus
Iſrahel et Iudam. & aduerſus oẽm gentẽ. ſi forte reuer
tat̃ unuſq̄ſq; a uia ſua peſſima. ꝓpicius ero iniq̄tati eo=
rũ. Vocauit ergo Hierẽias Baruch filiũ Nerię. et ſcrip
ſit Baruch ex ore Hterẽię oẽs ſermões dñi. q̄s locutus
ẽ ad eũ ĩ uoluĩe libri. Et p̄cepit Hierẽ ias Baruch dicẽs.
Ingredere et lege de uolumĩe q̄d ſcripſiſti ex ore meo.
verba dñi audiẽte pplo ĩ domo dñi ĩ die ieiunij legis. ſi
forte cadat orõ eorꝝ ĩ cõſpctũ dñi. et reuertat̃ unuſq̄ſq;

a uia ſua mala, quoniam magnus furor & indignatio, quam locutus eſt dominus aduerſum populum hunc. Et fecit Baruch filius Nerię, iuxta omnia quę pręcepat Hieremias ꝓphã, leges ex uolumie ſermões ĩ domo dñi. Et factum eſt in menſe nono, prędicauerunt ieiunium in conſpectu domini omni populo in Hieruſalem. Hac ergo authoritate diuię ſcripturę, eccleſia morem obtinuit. & uniuerſale ieiunium hac obſeruatiõe celebrat. quod tamen ieiunium incipiens in nono menſe, in decimum extẽditur, ideſt uſq; ad diem natalis dñi ꝑtingit. Congrua itaq; diſpoſitiõe a magiſtris eccleſię hoc loco ieiunium quadrageſimale fieri cõſtitutum eſt, ut ante diem natalis domini ieiunio & abſtinentia noſmetipſos caſtigemus, quatenus uenientem redemptorẽ digna conuerſatione ſuſcipere poſſimus. ſicut ante tempus reſurrectionis eius carnem noſtram affligimus, ut reſurrectionis gratiam quę per ipſum fit, conſequi mereamur. Sed hęc de tribus quadrageſimis dicta ſufficiãt.

DE CAETERIS LEGITTIMIS IEIVNIIS. ca. xxiij.

p Reter hęc autem et legittima tẽpora ieiuniorũ ſunt, ſicut eſt omnis ſexta feria, in qua propter paſſionem domini a fidelibus ieiunatur. & ſabbati dies, qui a pleriſq; ꝓpter q̃d in eo Chriſtus iacuit in ſepulchro, ieiunio conſecratus habetur, ſicut in decretis Innocentij Papę conſtitutum inuenimus, ſcilicet ne Iudęis exultãdo prębeatur, quod Chriſtus ſuſtulit moriendo. Nam utiq; conſtat apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe. & ꝓpter metum Iudęorum ſe occuluiſſe, quod utiq; non dubiũ eſt. & ieiunaſſe eos biduo memorato, quę forma utiq; per ſingulas tenenda eſt ebdomadas, propter id q̃d cõmeõratio illius diei ſemꝑ eſt celebranda. Quod ſi putant uno tantum ſabbato ieiunandum, ergo et dominicum, & ſexta feria ſemel in paſcha erit utiq; celebrandum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DE IEIVNIO.IIII.SABBATORVM.IN QVIBVS duodecī lectiones fiūt.& ſacrę ordinatiões. ca.xxiiii.

s Vnt quoq; et quattuor Sabbata. in quattuor menſibus.ſingula per ſingulos.in quibus ſpecialia ieiunia ſunt conſtituta.& officia his diebus maiora orationum et lectionū in eccleſia celebrāt. ideſt in Marcio menſe.primo ſabbato. Quarti menſis. ideſt Iunij. In ſeptimi quoq; menſis ideſt Septembris. tercio Sabbato.et in quarto Sabbato decimi menſis.i. Decembris. Quorum primum iuxta obſeruationem quadrageſimę uerni tēpore celebratur.quando mēſis nouorum apud Iudęos habebatur. Secundum autem in ieiunio poſt pentecoſten ęſtatis tempore. quando apud Iudęos dies primitiarum ex legis pręcepto cuſtodiebant.ideſt de frugibus primi panes deo offerebāt. & ocium legittimum ipſius diei cęlebratur. Tercium eſt in ſeptimo menſe.autumni uidelicet tempore. qui totus in lege uariis ſolempnitatibus deo dicatus erat. in quo dies expiationū erat.dicēte domino ad Moyſen Decima die menſis huius ſeptī.dies expiationū erit ac celeberrīus.et uocabitur ſctūs.affligetiſq; aīas ueſtras in eo.et offeretis holocauſtū domino.Omne opus non facietis in tēpe diei huius.quia dies propiciationis eſt. ut propiciatur uobis dominus deus ueſter. et reliqua. In quo & dies decem ſcęnophegię fuerant.i. tabernaculorū.Nam quintadecima die menſis huius. ueteres ſolempnitates tabernaculorum cęlebrabant. ſeptem diebus eandem ſolēpnitatem exigentes.quo quidem ieiunio uſos fuiſſe antiqs Heſdrę liber meminit.Poſtq; enim redierunt filij Iſrahel in Hieruſalem. & fecerunt ſibi tabernaculorum lęticiam magnam. de hinc conuenerunt in ieiunio in ſaccis.et humus ſup eos.et ſteterūt & confitebant pctā ſua.et iniquitates patrum ſuorum. & conſurrexerunt ad ſtandū.et legerunt in uolumine

legis domini dei ſui. quater in die. et quater in nocte confitebantur. & adorabant dominum deum ſuum. Quartum uero eſt ieiunium ſabbati in decimo menſe. ante diem natalis domini. quando uenturi ſaluatoris. ſalubris in ſacris lectionibus prędicatur aduentus. ut fideles quiqꝫ hac religione inſtructi. & medicamine ſanctarum orationum. ſimul cum ſacro ieiunio confirmati. natiuitatem redemptoris lęti expectēt. Ante hęc videlicet quattuor Sabbata in eadē hebdomada. ſemꝑ quarta & ſexta feria legittima ieiunia fieri. & canon orationum & lectionum in eiſdem feriis ad miſſarum ſolennia cōſtitutus indicat. & exempla pręcedentium patrū confirmant. Sacras autem ordinatōs his diebus oportere fieri. decreta Gelaſij Papę teſtant̃. in quibus ita ſcriptum continetur. Ordinationes autem presbyterorum. diaconoꝝqꝫ niſi certis temporibus et diebus exercere non debeant. ideſt in quarti menſis ieiunio. ſeptimi & decimi. ſed etiā quadrageſimalis. ac mediana initio q̄drageſimę die ſabbati ieiunio. circa ueſpam nouerint celebrādas. Officia autem horum quattuor Sabbatorum. uulgo. duodecim lectiones uocantur. eo quod cum lectionibus quę legūtur. & cum pſalmis qui leguntur. duodenarius numerus adimpletur. qui benedictiones poſſunt uocari. eo quod inter canonicas ſcripturas annumerantur.

DE PRIVATIS IEIVNIIS. Ca. XXV.

P Reterea unicuiqꝫ licet ut libet ieiuniorum modum habere. ſeu inediam extēdere. ſeruata pre omnibus cōſtitutione legittimorum ieiuniorū quas ſupra memorauimus. quę generaliter ſancta & apoſtolica ſeruat eccleſia. Nec non et illa omnimodo cuſtodire oportet unumquēqꝫ. quę cōmuniter oībus facere ſiue pro tribulatione. ſiue pro gratiarum actiōe proprius eccleſię mādat Epiſcopus. quia qui cōſtituta

atq; demãdata ieiunia ſeruare neglexerit. peccat. qui
autem expletis legittimis. priuata ſuperexpenderit.
propriam mercedem habebit. Nam legunť aliqui ſan-
ctorum per biduanas. ſiue per triduanas. ſiue etiã per
totã ebdomadã ieiuniũ extendere. pleriq; quod nec
vinum nec ſiceram biberunt. nec aliquid mãducauerĩt
panem ſiccũ et holera. alij quod ab omni carne ſe abſti
nuerint. alij q̊d in tantum ſe abſtinuerint. q̊d nec pane
in cibo uſi ſunt. ſed paucis caricibus corpus ſuũ ſuſten
tauerint. Et alia pluria ſunt genera abſtinẽtię. ſed ante
oĩa cauere debet qui ſe abſtinere uult ab aliq̃ cibo uel
potu. ne mens eius occulta cogitatione polluať. ita ut
aliquã creaturã dei dampnet. iudiciaria ſupſtitutione
ſeductus. dicens hoc licere. illud aũt nõ. hoc mũdum.
illud aũt immũdũ eſſe cogitet. Quẽ huius mđi cogita
tio pulſat. uideat apl'm dixiſſe. Oĩs creatura dei mũda
eſt. et nihil reiciendũ q̊d cũ gratiarũ actione pcipitur.
& malum eſt homini qui per offendiculũ manducat.

DE ORIGINE BIDVANAE SIVE TRIDVANAE. Ca. XXVI.

Iduanũ autẽ morẽ ieiunij reor inde ſumptũ. q̊d
b apl'i ieiuuauerũt illo biduo quo dñs paſſus ac
ſepultus eſt. Triduanis ergo ieiũare ab exẽplo
dictũ eſt Niniuitarũ. qui dãpnatis priſtinis uiciis. totos
ſe tribus diebus ieiunio ac pœnitẽtię contulerũt. Sed
illius ſolũmodo ieiuniũ deo acceptabile eſt. qui ſic ieiu
nat a cibis. ut abſtineat a pctis. cęterũ q uentre tantũ ie
iunat. reprobatum erit eius ieiunium coram deo. qui
dixit per prophętam. Ecce in diebus ieiunij ueſtri inue
nieť uolũtas uřa. & oẽs debitores uřos repetitis. Ecce
ad lites et cõtẽtiões ieiũatis. et pcutitis pugno ĩpie. No
lite ieiũare ſic uſq; ad hãc diem. ut audiať in exelſis cla
mor uř. Nũqd tale ẽ ieiuniũ q̊d elegi. p diẽ affligere ho
minẽ aĩam ſuã? Et deinde. Nõne hoc eſt magis ieiuniũ
q̊d elegi? Diſſolue colligatões ĩpietatis. ſolue faſcicl'os

deprimentes. dimitte eos qui confracti ſunt liberos. et omne onus diſrumpe. frange eſurienti panem tuum. & egenos uagoſq; induc in domũ tuam. Cum uideris nudum operi eum. & carnem tuam ne deſpexeris. tũc erumpet quaſi mane lumen tuum. & ſanitas tua citius orietur. & reliqua.

DE ESV CARNIVM. ET POTIONE VINI. Ca. XXVII.

c Arnes autem & uinum poſt diluuium ſunt hominibus in uſum conceſſa. nã in inicio pmiſſũ non fuerat. niſi tantum illud ut ſcriptum eſt. Lignum fructiferũ. et herbam ſemĩabilem dedi uobis in eſcam. Poſtea uero per Noe data ſunt in eſum cũcta animalia. uiniq; adtributa licentia eſt. Sed poſtquam Chriſtus (qui eſt principium et finis) apparuit. hoc q̃d in principio ſuſpenderat. etiã in temporũ fine retraxit. loquẽs per apoſtolum ſuum. Bonum eſt nõ mãducare carnem. et non bibere uinum. Et iterum. Qui infirmus eſt. olera manducet. Non ergo quia carnes male ſunt ideo prohibẽtur. ſed quia earũ epulę carnis luxuriam gignunt. Fomes enim ac nutrimentum eſt oĩm uicioꝝ eſca uentri & uẽter eſcis. deus autem ut ſcriptum eſt. & hunc et hanc deſtruet. Piſcem ſane (quia eum poſt reſurrectionẽ accepit dominus) poſſumus mãducare. hoc enim nec ſaluator nec apoſtoli uetuerunt. Auium quoq; eſum. credo inde a patribus permiſſum eſſe. eo quod ex eodem elemẽto de quo et piſces creatę ſunt. Nam in regula monachorum non inuenimus aliarum carnium eſum eis contradictũ eſſe. niſi quadrupediũ.

Additio.

Sola quadrupedia non uolatilia monachis interdicta. Hoc autem tempore Pij Ludouici ſic immutatum eſſe dicitur. ut in omni eorũ pulmento ſagimine uti liceat. propter nimiam et aliis damnoſam cõſumptionem uolatilium quam faciebant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DE ELEEMOSYNARVM DIFFERENTIA. Ca. XXVIII.

e Leemoſyna.ελεημοσυνη. ergo grȩcū uocabulū. latine interpretatur opus miſericordię.inde ut reor dicta. quod miſeria humanę infirmitatis cor ſiue animum pulſet.Sed hęc apud homīes.quibus varij animo accidunt affectus. cęterum apud deum.q̄ ſecūdum naturam ſemper eſt benignus et miſericors. nō eſt huiuſcemodi credenda eſſe affectio. Neq; enim temporaliter illic aliquid accidere ualet. ubi ęternitas ſine ulla ſui mutatione fixa manet.ſed cum dicit̄ miſericors.intelligi debet eſſe pius et clemens. quę magis nomina.proprietatem ipſius naturę uidētur oſtēdere. Sunt & eleemoſynarum ſpecies plurimę. quanquam in diſpenſationibus pauperum.hoc uocabulum quidā haberi debere arbitrentur.Eleemoſynā facit. qui peccantem & prauis operibus inſiſtentem. aliquo modo. ſiue per ammonitionem.ſiue per diſciplinam corrigit. Nec enim ſine miſericordia eſſe credendus eſt. q̄ regulariter ſiue per excōmunicationem. ſeu per uerbera hominem a peccatis & uicijs coercere ſtudet. quia nō ſecundum eius uoluntatem.ſed ſecundum utilitatem ipſius miſeretur. Eleemoſynam facit.qui errātē in uiā veritatis deducit.Eleemoſynā facit.qui indoctū docet. qui uerbum dei proximis ſuis prędicat.Eleemoſynam facit.qui bona tēporalia cū fratribus ſuis. ideſt cęteris hominibus participare nō deſinit.Eleemoſynam facit. qui uictū et ueſtitū indigentibus prębet.qui hoſpicio ſuſcipit.qui infirmos uiſitat.qui in carcere & in tribulationibus conſtitutis.de bonis ſuis ſubminiſtrat. qui ad mortem & ad ſupplicia deſtinatos eruere nō ceſſat. Omnia enim bona quę in hac p̄ſenti uita iuſtus quiſq; operatur.hoc uno nomine comprehendi poſſunt. nec ſolum utiq; in alijs hominibus, ſed etiā in nobiſmetipſis

eleēoſynas facere poſſumus. ſicut ſcriptū ē. miſerere aīę tuę placens deo. Cum ergo nos a peccatis ad bona opa conuertimus. a ſuperbia ad humilitatem. a luxuria ad continentiam. a liuore et inuidia ad charitatem et dilectionem. ab ira et diſceptatione ad manſuetudinem & patientiam. a gula ad ſobrietatem. ab auaricia ad largitatem. a triſticia ſęculari ad ſpirituālē lętitiā. ab accidia temporali ad ſtudium bonum. Quid aliud facimus q̄ eleemoſynas in noſmetipſos impendimus. cum noſtrimet miſeremur. ne per inobedientiam mādatorū dei. ſupplicijs ęternis deputēur? Quid enī ait ipſe ſaluator. proderit homini. ſi uniuerſum mundum lucret̄. animę uero ſuę detrimentum patietur? aut quā cōmutationē dabit homo pro anima ſua? et reliqua. Bene ergo et ordinate artē miſericordię exercet. qui primū ſemetipm bonis operibus et ſancta conuerſatione. ac uirtutum fructibus egere non ſinit. & deinde in quocūq; poteſt. ſiue in ſpiritualibus rebus. ſiue in corporalibus proximos ſuos adiuuare non deſiſtit.

DE POENITENTIA. Ca. XXIX.

P Oenitētibus exemplum Iob primus exhibuit. quando poſt funera uel flagella adhuc in ſui redargutione. etiam in cilicio et cinere lamenta pœnitudinis ſumpſit dicens. Iccirco ago pœnitentiā in fauilla et cinere. Poſt hunc Dauid nobis pœnitentię magiſterium prębuit. quādo graui uulnere lapſus. dū audiſſet a ꝓpheta. peccatū ſuū confeſtim pœnituit. & culpā ſuę pœnitentię confeſſione ſanauit. Sic Niniuitę & alij multi peccata ſua cōfeſſi ſunt. pœnitētiā egerūt. diſplicuere ſibi quales fuerunt. et quales per deū facti ſunt. illi placuerunt. Eſt autē pœnitētia medicamentū vulneris. ſpes ſalutis. per quam peccatores ſaluantur. per quam dominus ad miſericordiam prouocat̄. quę nō tēpore penſat̄. ſed ꝓfūditate luctus et lachrimarū.

Pœnitentia autem nomẽ ſumpſit a pœna. qua anima cruciatur. et mortificatur caro. Dicta eſt aũt pœnitẽtia quaſi punientia, eo quod ipſe homo puniendo puniat. quod male admiſit. Hi uero qui pœnitentiam gerunt. proinde capillos et barbam nutriunt. ut demonſtrent habundantiam criminum. quibus caput peccatoris grauatur. Capilli enĩ pro uicijs accipiunt. ſicut ſcriptũ eſt. Et crinibus peccatorum ſuorũ unuſquiſqꝫ conſtringitur. Vir quippe ſi comam nutriat. ut ait apoſtolus. Ignominia eſt illi. Ipſam ergo ignominiam ſuſcipiunt pœnitẽtes pro merito peccatorũ. Quod uero in cilicio proſternuntur. memoriam peccatorum ſuorum eos habere ſignificat. Per cilicium quippe eſt recordatio peccatorũ. propter hedos ad ſiniſtram futuros. Inde ergo pœnitentes in cilicio proſternimur tanqꝫ dicẽtes. & peccatum meum coram me eſt ſemper. Quod autẽ cinere aſperguntur. uel ut ſint memores. quia cinis & puluis ſunt. uel quia puluis facti ſunt. ideſt impij facti ſunt. unde et illi pręuaricatores. primi homines recedentes a deo. maliſqꝫ factis offendentes creatorem. in puluerem unde ſumpti ſunt redierunt.. Bene ergo in cilicio & cinere pœnitens deplorat peccatum. quia in cilicio aſperitas et punctio peccatorum. in cinere autẽ puluis oſtenditur mortuorum. & iccirco in utroqꝫ pœnitentiam agimus. ut et in pũctione cilicij. cognoſcãus vicia quę per culpam comiſimus. et per fauillã cineris perpendamus mortis ſententiam. ad quam peccando peruenimus. Pœnitentię autem remedium eccleſia catholica in ſpe indulgẽtię fideliter alligat exercendum. & poſt unum baptiſmi ſacramentum. quod ſingulari traditiõe commẽdatum. ſollicite prohibet iterandum. medicinali remedio pœnitentię ſubrogat adiumentũ. cuius remedio egere ſe cuncti agnoſcere debent. pro q̊ttidianis humanę fragilitatis exceſſibus. ſine q̄bus in hac uita eſſe non poſſumus. horũ dumtaxat dignitate

ſeruata. ita ut a ſacerdotibus & leuitis deo teſte fiat. a cęteris uero aſtante coram deo ſolēniter ſacerdote. vt hic tegat fructuoſa confeſſio. q̊d temerarius appetitus. aut ignorantię notatur cōtraxiſſe neglectus. aut ſicut in baptiſmo omnes iniquitates remitti. uel per martyrium nulli peccatū credimus imputari. ita pœnitentię cōpūctione fructuoſa. uniuerſa fateamur deleri peccata. Lachrymę enim pœnitētium apud deum pro baptiſmo reputantur. unde & quālibet ſint magna delicta. quamuis grauia. non eſt tamen in illis dei miſericordia deſperanda. In actione autem pęnitudinis (ut ſupra dictum eſt) non tam conſideranda eſt menſura temporis. quam doloris. Cor enim contritum & humiliatum deus non ſpernit. Verūtamen quanta in pctō fuit ad malum abruptę mentis intentio. tanta neceſſe eſt ī intentione deuotio. Duplex autē eſt pœnitentię gemitus. uel dum plangimus quod male geſſimus. uł dum non agimus quod agere debebamus. Ille autem vere pœnitentiam agit. qui nec pœnitere pręterita negligit. nec adhuc pœnitēda cōmittit. Qui uero lachrymas indeſinenter fundit. & tamen peccare nō deſinit. hic lamentum habet. ſed mundationem non habet. Si qui autem per gratiam dei ad pœnitētiam cōuertunt. perturbari non debent. Si rurſus poſt emēdationem relicta uitia cor pulſent. dum non poſſunt boni cōuerſationi nocere. ſi talis cogitatio nō erumpat in cōſenſu uel opere. Ferre enim ſine perfectione uitiorum cogitationes. non eſt ad damnationem ſed ad probationē: nec eſt occaſio ſubeūdi diſcriminis. ſed potius augēdę virtutis. Nam & ſi quis circa finem ſuum per pœnitentiam deſinet eſſe malus. non ideo debet deſperare. qa in termino eſt ultimo uitę. quoniam non deus reſpicit quales antea fuimus. ſed q̃ales circa finē uitę exiſtius. Ex fine enim ſuo unūquēq; aut iuſtificat aut cōdēnat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut ſcriptum eſt. Ipſe iudicat extrema terrę. & alibi. Vniuerſorum finem ipſe conſiderat. Proinde non dubitamus circa finem iuſtificari hominē per pœnitentię compunctionem. ſed quia raro id fieri ſolet. metuendū eſt. ne dum ad finem differt cōfeſſio ſperata. anticipet mors quam ueniat pœnitētia. Pro qua re et ſi bona eſt ad extremum conuerſio. melior tamen eſt quę longe ante finem agitur. ut ab hac uita ſecurius tranſeamus.

DE SATISFACTIONE ET RECONCILIATIONE Ca. XXX.

s Atiſfactio autem eſt cauſas peccatorum et ſuggeſtionum excludere. & ultra peccatum non iterare. Reconciliatio uero eſt. quę poſt cōplementum pœnitētię adhibetur. Nam ſicut conciliamur deo. quando primum a gentilitate conuertimur. ita reconciliāur quādo poſt peccatū pœnitēdo regredimur. Quorū autē peccata in publico ſunt. in publico debet eſſe pœnitentia. per tempora quę Epiſcopi arbitrio. pœnitētibus ſecundū differentiā peccatorū decernūt. eorūq; recōciliatio in publico eſſe debet ab Epiſcopo. ſiue a presbyteris. iuſſu tamen Epiſcoporū. ſicut canones Aphricani concilij teſtantur. ubi ita ſcriptum eſt. Cuiuſcūq; autem pœnitētis publicum et uulgatiſſimū crimē. eſt quod uniuerſam eccleſiam cōmouerit. ante abſidam manus ei imponatur. Quorum ergo peccata occulta ſunt. & ſpontanea confeſſione ſoli tantūmodo presbytero. ſiue Epiſcopo ab eis fuerint reuelata. hoꝶ occulta debet eſſe pœnitentia. ſecundū iudiciū presbyteri. ſiue Epiſcopi cui cōfeſſi ſunt. ne infirmi in eccleſia ſcandaliçentur. uidētes eorum pœnas. quorū pœnitus ignorant cauſas. Quali autem tempore poſt pœnitentiā recōciliatio fieri debeat. oſtendūt decreta Innocētij Papę. ubi ita ſcriptum reperitur. De pœnitentibus aūt qui ſiue ex grauioribus commiſſis. ſiue ex leuioribus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pœnitentiā gerunt. ſi nulla interuenit egritudo. quita feria ante paſcha eis remittēdum. Romanę eccleſię cōſuetudo demonſtrat. Cęterum de pondere ęſtimando delictorum. ſacerdotis eſt iudicare. ut attendat ad confeſſionem pœnitentis. & ad fletus atq; ad lachrymas corrigendas. ac tum iubere dimitti. cū uiderit congruā ſatiſfactionem. Sane ſi quis egritudinem inciderit. atq; uſq; ad deſperationem deuenerit. ei eſt ante tempus paſchę relaxandum. ne de ſęculo abſq; communione diſcedat. Hoc ergo ante omnia cauendum eſt. ne in extremis pœnitentia et reconciliatio denegetur. ne in deſperatione pereat. quia pietas omnipotentis dei. ad ſe quouis tp̄e concurrenti. ſuccurrere ualet. et piclitantē ſub onere peccatorum poteſt ſubleuare. Perdidiſſet latro in cruce pręmium ad Chriſti dexteram pendens. ſi illum unius horę pœnitentia non iuuiſſet. Cum eſſet in pœna pœnituit. & per unius ſermonis profeſſionē. habitaculum paradiſi (deo promittente) promeruit. Vera ergo ad deum conuerſio in ultimis poſitorum. mente potius eſt ęſtimanda quam tempore. prophęta hoc taliter aſſerente. Cum conuerſus inquit ingemueris. tunc ſaluus eris.

DE NATIVITATE DOMINI. Ca. XXXI.

n Atalis domini dies ea de cauſa a patribus uotiuę ſolēnitatis inſtitutus eſt. quia in ea Chriſtus pro redemptione mundi naſci corporaliter uoluit. ꝑdiens ex uirginis utero. qui erat in patris īperio. cuius ſuſceptę carnis cauſa hęc eſt. Poſtquam enim inuidia diaboli. parens ille primus. ſpe ſeductus inani cecidit. confeſtim exul & perditus in omni genere ſuo. radicem malicię & peccati tranſduxit. creſcebatq; in

malum uehementius omne genus mortalium.diffuſis
vbiq; ſceleribus.& q̃d eſt nequius oĩm cultibus idolo-
rum. Volens ergo deus terminare peccatum. conſu-
luit uerbo. lege. prophetis. ſignis. plagis. prodigiis.
Sed cũ nec ſic quidem errores ſuos admonitus agno-
ſceret mundus.miſit deus filium ſuũ.ut carnem indue
ret.& omnibus appareret.& peccatores ſanaret. Qui
ideo in homine uenit.quia per ſe ipſum ab hominibus
cognoſci nõ potuit. Vt autem uideretur.uerbum caro
factum eſt.aſſumendo carnem.nõ mutatum in carnẽ.
Aſſumpſit enim humanitatem. non amiſit diuinitatẽ.
ita idem deus & idem homo in natura dei ęqualis pa-
tri. in natura hominis factus mortalis. in nobis. pro
nobis.de nobis. manens quod erat. ſuſcipiens quod
non erat.ut liberaret quod fecerat. Hæc eſt ergo do-
minicę natiuitatis magna ſolennitas.Hęc eſt diei huius
noua & glorioſa feſtiuitas.aduentus dei factus ad ho-
mines.Itaq; dies iſte pro eo quod in eo Chriſtus natus
eſt.natalis dicitur.quemq; ideo obſeruare per reuolu
tum circulum anni feſtiua ſolennitate ſolemus. ut in
memoriam reuocetur Chriſtus quod natus eſt.In Bet
leẽ quoq; Chriſtus natus eſt.& in Nazareth nutritus.
ut ex locorum uocabulis. rerum ipſarum appareret
euentus.Ergo quod in Betleem naſceretur oportuit.
quia cibus cęleſtis de cęlis ad terras uenit. Betleem
quippe domus panis dicit̃.Et ſaluator de ſe ipſo dixit.
Ego ſum panis uiuus qui de cęlo deſcendi. Ergo Bet-
leem uere domus panis eſt.quia Chriſtus homo in ea
naſci dignatus eſt.panis uidelicet uitę.de quo qui mã
ducauerit uiuet in ęternum.Ex hac etiam cauſa credi-
mus in eccleſia hunc morem inoleuiſſe.ut in ea nocte
qua Chriſtus creditur eſſe natus.ſacra miſſarum ſolẽ-
nia celebrantur. ut ea hora fideles quiq; ſacramen-
tum corporis & ſanguinis Chriſti perciperent. qua eũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inter homines miſericorditer natum ſcirent. Cuius tñ celebrationis. Theleſphorus Papa apud Romanos primus author legitur extitiſſe. Nam quod in Naçaret nutritus erat. ea cauſa fuit. ut qa Naçaret flos ſiue mũdicia interpretat̃. eternę puritatis eius index exiſteret. cũ floret floris ipſius nutrix. qui de uirga radicis Ieſſe aſcendens. ſeptiformem ſpiritum haberet. & perpetua puritate inſignis. merito Naçareus quod eſt mundus uocaretur.

DE EPIPHANIA DOMINI. Ca. XXXII.

e Piphaniarum proĩde feſta ſolẽnitati uiri aplĩci ſignauerunt. quia in eo eſt proditus ſtella ſaluator. quando magi Chriſtũ in prȩſepe iacentẽ adorauerunt eum. offerentes ei competentia munera trinitatis. aurũ. thus. & myrrhã. regi deo atq; paſſuro. Ideo ergo diem hunc annua celebritate ſacrauerunt. vt mundus agnoſcat dominum. quem elemẽta cȩlitus prodiderunt. Siquidem eodem die idem Hieſus etiam Iordanis lauacro tingitur. diuiſoq; cȩlo ſpirituſſancti deſcendentis teſtimonio. dei eſſe filius declarat̃. Cuius diei nomen ex eo quod apparuit gentibus Epiphania nuncupatur. ἐπιφάνεια. Epiphania enim grȩce. apparitio uel oſtẽſio dicitur. Tribus ergo ex cauſis hic dies hoc uocabulum ſumpſit. Siue quod tunc in baptiſmo ſuo Chriſtus populis fuerit oſtenſus. ſiue quod ea die ſideris ortu magis eſt proditus. ſiue quod primo ſigno per aquam in uinum conuerſam. multis eſt manifeſtatus. Illud tamen ſciendum. quod licet ea die baptiſmus Chriſti ab Ioanne fieri credatur. uniuerſale tamen baptiſma cȩlebrari in ea. canonica cõtradicit authoritas. Paſchȩ ergo tempus tantũmodo & pẽtecoſtes ad hoc ab apoſtolis & apoſtolicis uiris decretum. Romana cuſtodit eccleſia. quȩ uidelicet duo tempora ad hoc opportuna eſſe. Chriſti domini noſtri a mortuis reſurrectio.

& ſpiritusſancti ſuper primitiuam eccleſiam declarat
aduentus. Quicunq; ergo (ait apoſtolus) baptiçati ſu
mus ĩ Chriſto Hieſu. in morte ipſius baptiçati ſumus.
& reliqua. Et ſaluator aſcẽſurus in cęlum. apłis dixit.
Joannes quidẽ baptiçauit aqua. uos aũt baptiçabimini
ſpiritusſancto. non poſt multos hos dies.

DE PVRIFICATIONE. Ca. XXXIIII.

Vrificatõnis ergo matris domini tempus. poſt
p dies quadraginta a natiuitate eius celebratur.
quia ex legis pręcepto hoc tempus ſtatutũ eſt
parentibus fœminis. quo purificari deberent. Scriptũ
eſt enim in libro Leuitico. quod dominus per Moyſen
mandauerit Iſrahel. ut mulier quę in ſuſcepto ſemine
pareret maſculum. immunda eſſet ſeptem diebus. &
die octaua circumcideret̃ infantulus. ipſa uero trigĩta
quattuor diebus maneret in ſanguine purificationis
ſuę. omne ſanctum non tangeret. nec ingrederetur ſan
ctuarium. donec implerentur dies purgationis eius.
Sin autem fœminam pareret. immunda eſſet duabus
ebdomadibus. & q̃draginta ac tribus diebus maneret
in ſanguine purificationis ſuę. Cumq; expleti eſſent
dies purgationis eius. pro filio ſiue pro filia. deferret
agnum anniculum in holocauſtum. & pullum colũbę.
ſiue turturem pro peccato. quod ſi non potuerit agnũ
offerre. ſumeret duos turtures uł duos pullos colũbę.
vnum in holocauſtum. et alterũ pro peccato. oraretq;
pro ea ſacerdos. & ſic mundaretur. Hac ergo de cauſa
ſtatuta eſt in eccleſia feſtiuitas hęc. quia matrem dñi ſe
cundum legem in hac die conſtabat purgari. ſed non
ideo. quod aliqua legali purgatione indiguerit. quæ
dominũ geſtabat legis. ſed quia Hieſus non uenit legẽ
ſoluere. ſed adimplere. Venit ergo mater domini ad
templum ſecundum legem. ducens ſecum puerum. ac

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deferens hoſtias quę lex pręcepit. ut in nullo patribus
fieret diſſimilis. ac illud in ſe prima oſtenderet. quod
ſcriptum eſt. Quanto magnus es. humilia te in omni-
bus. Obuios habuit grandeuum Simeonem. & Annã
multorum annorum uiduam. & cęteras perſonas in
hoc ſacro miniſterio affuiſſe. quę benedixerunt & glo
rificauerunt deum. & multa de eo uaticinauere. ſacer
euangelij textus luculento ſermone demonſtrat. Ob
hanc quippe cauſam. eadẽ feſtiuitas. υπαντη. Hypanti
nuncupatur. quia prędictę perſonę ad templum obuiã
Chriſto aduenerunt. deuoto corde et obſequio. υπαν-
τάω. Hypantao enim gręco ſermone dicitur. quod ob-
uio latine interpretatur. Eſt quoque feſtiuitas hęc puri
ficationis incipiente Februario menſe. qui a Februo. i.
Plutone. qui luſtrationum potens. a gentilibus crede
bat̃ ita uocatus eſſe. luſtrarią eo mẽſe. apd' Romanos
ciuitatem conſuetudo erat. ut iuſta diis manibus ſolue
rentur. Sed hanc luſtrãdi conſuetudinẽ. bene mutauit
chriſtiana religio. cum in menſe eodẽ. die ſanctę Marię
plebs uniuerſa cũ ſacerdotibus ac miniſtris. hymnis.
modulationibus deuotis. per eccleſias. perą congrua
vrbis loca procedit. datoſą a pontifice cuncti cęreos
in manibus geſtant ardentes. non utią illuſtrationem
terreſtris imperij quinquennem. ſed in perhennem
regni cęleſtis memoriam. quando iuxta parabolã uir-
ginum prudentium. omnes electi lucentibus bonorũ
operum lampadibus. obuiam ſponſo ac regi ſuo ueniẽ
tes. mox cum eo ad nuptias ſupernę ciuitatis intrabũt.

DE SEPTVAGESIMA. ET SEXAGESIMA. ET QVINQVAGESIMA. Ca. XXXIIII.

d E Septuageſima quoą et Sexageſima. Quin-
quageſima atą Quadrageſima. cur dominici

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dies ante quadrageſimale ieiunium ſic appellentur. diuerſa multorũ opinio eſt. & ideo maxime. quia ipſa dominica quę Septuageſima dicit̃. ſeptuageſima dies ante paſcha reperitur. nec ea quę Sexageſima. ſexagenarium numerum plenum habet uſq; in paſcha. Nam alij ſimpliciter narrant hanc eccleſię eſſe cõſuetudinẽ. & Romana authoritate ritum huius religionis eſſe firmatum. alij dicunt quod Sinedochice totum habendũ ſit dictum. ideſt ubi maior de minori numero dierum inueni t̃. ut eſt Septuageſima. ac Sexageſima. ideſt a toto partẽ intelligi debere. ubi uero minor. ut eſt Quadrageſima. a parte totum intelligi oportere. Alij q̃q; neſcio quorum ore ducti aſſueuerant. quod Orientales populi nouem ebdomadas. & Gręci octo. & Latini ſeptem ieiunare ſoleãt. & ob hoc his omnibus alleluia minime in eccleſia deberi cantari. Alij etiam quorum ratio pręcęteris laudabilior mihi eſſe uidetur. dicunt Septuageſimam dictam eſſe propter decem ebdomadas. quę ſunt ab ipſo die uſq; ad clauſum paſchę. quo die alba tolluntur ueſtimenta a nuper baptizatis. igit̃ in apoſtolo legimus. Regnauit mors ab Adam uſq; ad Moyſem. & ſic uſq; ad ultima legis. quę per Moyſen data. decurrit in Chriſti dei noſtri tẽpora. porro Sexageſimam inde dici poſſe. quia ſexaginta dies ſunt uſq; ad medium paſchę. quod erit feria quarta paſchalis ebdomadis. Quinquageſimam uero rite dictam eſſe. eo quod tali numero peruenit uſq; in diem ſanctum reſurrectionis. quadragenarium etiam numerum ita ibi poſitum. quod cum dominica ſua concurrat ad myſticum paſcha Hębręorum. quod dominus noſter Hieſus Chriſtus cum diſcipulis ſuis celebrauit. & nos

dicimus Cęnam domini. Sed hęc omnia nos ita hic poſuimus. ſicut in aliorū dictis uel ſcriptis comperimus. lectori uiam dantes. ſi quę ueracius & rationabilius exquiſita inuenerit obtinere. Notandum tamē eſt q̄d a Quinquageſima ieiunium incipere apud Romanos. Theleſphorus ſępe memoratus Papa cōſtituit. ut per ſeptem ebdomadas ante paſcha. corpus ieiuniis caſtigemus. qui alias ſeptem poſt paſcha uſq; in pentecoſtē in lęticia a ieiuniis relaxare uolumus. ut priorem quinquageſimam in plenitudine peccatorum noſtrorum exigamus ad promerendam miſericordiam. & in ſcd'a laudibus et orationibus operam dantes. ſtudeamus peruenire ad promiſſā ſpirituſſancti; gratiam.

DE DIE PALMARVM. Ca. XXXV.

d Ies palmarum ideo celebratur. quia in eo dn̄s & ſaluator noſter. ſicut propheta cecinit Hieruſalem tendens. ſuper aſellum ſediſſe perhibet. Tūc gradiēs cum ramis palmarum multitudo plebiū obuiam ei. clamauerūt ozanna. benedictus qui uenit in nomine domini rex Iſrahel. In ramis enim palmarū ſignificabatur uictoria. qua erat dominus mortē moriēdo ſuꝑaturus. & tropheo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. In aſello autem ſuper quem ſedendo Hieroſolymam uenit. indicabat ſimplicia corda gentilitatis. quā pręſidendo atq; regēdo. ꝑducebat ad uiſionem pacis. Hoc autem die ſymbolum competētibus traditur. propter confinem dominicę paſchę ſolennitatem. ut qui ad dei gratiā percipiendā feſtinant. fidem quam confitentur agnoſcant. Vulgus aūt ideo eum diem capitulauium uocat. quia tunc moris eſt. lauandi capita infantium qui unguendi ſunt. ne forte ob ſeruatione quadrageſimę ſorditata. ad unctionem accederent.

DE CAENA DOMINI. Ca. XXXVI.

c Aena domini hęc eſt feria quinta ultimę hebdomadis quadrageſimę. quando dn̄s et ſaluator noſter poſt typicum illud paſcha completum. ad uerum paſcha tranſiens. myſterium corporis et ſanguinis ſui primū apl'is tradidit. quādo poſt ſacramēta cęleſtia. diſcipulus fallax et proditor. pręcium a Iudęis accepit. & Chriſti ſanguinem uendidit. Eo eciā die ſaluator ſurgeus a cęna. pedes diſcipulorum lauit. ꝓpter humilitatis formam cōmendandam. quam docendam venerat. ſicut et ipſe conſequenter expoſuit. quod etiā decebat potiſſimum ut facto doceret. quod obſeruare diſcipulos pręmoneret. Hinc eſt quod eodē die altaria templi. parietes. & pauimenta lauantur. uaſaq; purificantur. quę ſunt domino conſecrata. Quo die proinde etiam ſanctū chriſma conficit. quia ante biduū paſchę Maria caput ac pedes dn̄i unguēto perfudiſſe ꝑhibet. Vnde et dominus diſcipulis ſuis dixit. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet. & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Eodem etiam die (ſicut ſupra oſtendimus) pœnitentes reconciliantur. quia ſcilicet ipſa die qua ſacramenta corporis et ſanguinis ſui dominus primum confecit. ac diſcipulis ſuis percipienda tradidit. oportebat ad hęc reſumēda pœnitētes reſtaurēt. eo uidelicet tempore. quo ſanguis Chriſti in remiſſionem omnium fuſus eſt peccatorum.

DE PARASCEVE. Ca. XXXVII.

p Araſceue ideſt ſexta ſabbati ideo in ſolēnitate habet. quia in eo die Chriſtus myſteriū crucis expleuit. propter quod uenerat in hunc mundum. ut qui ligno percuſſi fueramus in Adam. rurſus per ligni myſterium ſanaremur. Huius enim cauſa triumphi. humana puſillitas Chriſto per omnē muudum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

celebritatem ãnuam prębet. pro eo quod dignatus eſt ſanguĩe paſſionis ſuę ſęculum redimere. & peccatum mundi per crucẽ morte deuicta abſoluere. cuius qdẽ crucis iniuriam non pertulit illa diuinitatis ſubſtantia. ſed ſola ſuſceptę humanitatis natura. Paſſio enim corporis fuit. diuinitas uero exors iniurię mãſit. Triptita autem ratio dominicę paſſionis oſtẽditur. Prima itaqꝫ cauſa eſt. ut Chriſtus pro reatu mundi redẽptio daret̃. ſcilicet ut quos ſerpens obſorbuerat euomeret. et prędam quam tenebat amitteret. non potentia uictus. ſed iuſticia. non dominatione. ſed ratione. Secunda cauſa eſt. ut ſecuturis hominibus uitę magiſteriũ pręberet̃. Aſcendit enim in crucem Chriſtus. ut nobis paſſionis & reſurrectionis pręberet exemplum. paſſionis. ad firmandam pacientiã. reſurrectionis. ad excitandã ſpem. vt duas uitas nobis oſtenderet in carne. unam laborioſam. alteram beatã. laborioſam quã tolerare debẽus. beatam. quam ſperare debemus. Tercia cauſa eſt ſuſceptę crucis. ut ſuperba ſęculi & inflata ſapientia. per crucis ſtultam ut putatur prędicationẽ humiliata corrueret. ut pateret id quod ſtultum dei eſt. quanto ſit hominibus ſapientius. & quod infirmũ dei eſt. quanto ſit fortius tota hominum fortitudine. Docet autẽ apoſtolus Paulus illuminatos nos debere oculos cordis habere. ad intelligendum quę ſit latitudo crucis. & longitudo. & altitudo. & profundum. Crucis latitudo eſt tranſuerſum lignum quo extenduntur manus. Longitudo a latitudine deorſum uſqꝫ ad terram. Altitudo. a latitudine ſurſum ad caput. Pro fundum uero quod terrę infixum abſconditur. Dicitur homini. Tolle crucem tuam & ſequere me. Dum enim cruciatur caro. cum mortificantur membra noſtra ſuper terrã. Fornicatio. Immundicią. Luxuria. & cętera. dumque

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exterior homo corrumpitur. ut interior renouetur. de
die in diem. paſſio eſt crucis. Et hęc quidem dum ſint
bona opera. tamen adhuc laborioſa. quorum merces
requies eſt. Ideoqꝫ dicitur ſpe gaudentes. ut cogitãtes
ſcilicet requiem futuram cum hilaritate & laboribus
operemur. Hanc hilaritatem ſignificat crucis latitudo
in tranſuerſo ligno. ubi figuntur manus. per manus
enim opus intelligitur. per latitudinem hilaritas ope-
rantis. quia triſticia facit anguſtias. Porro per altitudi-
nem crucis cui caput adiungitur. expectatio ſupernę
retributionis de ſublimi iuſticia dei ſanctificatur. ut &
ipſa opera bona non propter beneficia dei terrena ac
temporalia facienda credãtur. ſed potius propter illđ
quod deſuper ſperat fides. quę per dilectionẽ operat̃.
Iam uero per longitudinem qua totum corpus exten-
ditur. ipſa tolerantia ſignificatur. ut longanimes per-
maneamus. Vnde longanimes dicuntur qui tolerant.
Per profũdum autẽ hoc eſt partem illã ligni quę in ter
rę abdito defixa latet. ſed inde conſurget omne quod
eminet. inſcrutabilia indicantur iudicia dei. de quibus
oculta cum uolũtate uocatur homo. ad participationẽ
tantę gracię dei. Hac ergo die eccleſię altaria indumen
tis ſuis ſpoliata denudantur. quia in ea Chriſtus ſuis
ueſtimentis exutus eſſe legitur. & uelũ templi ſciſſum
eſſe occiſo Chriſto per euangelium prędicatur. Hac
die in eccleſia luminaria non accenduntur. quia in ipſo
redemptore crucifixo ſidera obſcurabãtur. In hac die
ſanctarum plebium pręſules qui mãdata ſibimet lega-
tione funguntur. apud diuinam clementiam humani
generis agunt cauſam. & tota ſecum eccleſia cõgeme-
ſcente poſtulant & pręcantur. primum pro ſtatu totius
eccłę xp̃i. deĩde ut ĩfidelibus dõet̃ fides. et idolatrę ab

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

impietatis ſuę liberentur erroribus. ut Iudęis ablato cordis uelamine. lux ueritatis appareat. ut Heretici catholicę fidei receptione reſipiſcãt. ut Sciſmatici ſpiritũ rediuiuę charitatis accipiant. ut lapſis pœnitẽtię remedia conferantur. ut deniq; cathecuminis ad regenerationis ſacramenta perductis. cęleſtis miſericordię aula reſeretur. quia pro horum omnium redemptione. in hac die ſanguis effuſus eſt Chriſti. Hęc autẽ nõ inanit̃ a domino peti. rerum ipſarum monſtrat effectus. quomodo quidem ex omni errorũ genere. plurimos deus dignat̃ attrahere. quos erutos de poteſtate tenebrarũ tranſſferat in regnum filij charitatis, ex uaſis irę. faciat uaſa miſericordię. Quod a deo totũ diuini operis eſſe ſentitur. ut hęc efficienti deo. ſemper gratiarum actio. laudiſq; confeſſio. pro illuminatione talium. uel correctione referatur. Ipſa die a põtifice & a clero et ab omĩ populo ſpecies crucis ſalutat̃. quia paſſio redemptoris a fidelibus in hora redemptionis ſuę digna laude ueneratur. In hac die ſacramenta pœnitus nõ celebrant̃. ſed euchariſtiam in cęna domini conſecratam. peracto officio lectionũ. & orationũ. & ſanctę crucis ſalutatiõe reſumunt. quia ut Innocentius papa teſtis eſt. ex eo q̃d apoſtoli & amatores Chriſti. eo biduo quo crucifixus & ſepultus ſaluator eſt. in mœrore conſtituti. ab omni cibo abſtinerũt ſe. hinc traditio ex eccl'ę habet. biduo memorato ſacramenta non celebrari. ſed magis ſctãm reſurrectionis noctem expectari. et in ipſa cum lęticia & gaudio ſpeciali ſacrificium offerri. In hac die ueſpa cum ſilentio celebratur. ut quieti dominicę ſepulturę ueneratio exhibeatur.

DE SABBATO SANCTO PASCHAE. Ca. XXXVIII.

s Abbati paſchalis ueneratio hinc celebratur. ꝑ eo quod eadem die dñs in ſepulchro quieuit.

vnde et bene in hebręo ſermone ſabbatū requies inter pretatur. ſiue quod deus in eo requieuit die. mundo perfecto. ſiue quod in eo dominus et redemptor noſter requieuit in ſepulchro. Hic autē dies inť mortē dñi & reſurrectionē medius eſt. ſignificās reqem quandā animarum ab omni labore omnium moleſtiarum poſt mortem. per quam fit trāſitus per reſurrectionem carnis ad illam uitam. quam dominus noſter ſua reſurrectione pręmonſtraſſe dignatus eſt. In hac die cū omni ſilentio & tranquillitate oportet nos manere. & cum oratione & pſalmodia ſanctam reſurrectionis horam expectare. ut nos magis cura ſęcularis infeſtet. et terrena negotia inquietent. quam ſpiritalia ſtudia. & cura ſalutaris animarum noſtrarum occupent. Hac autem die inclinante ad ueſperam. ſtatuta celebratio noctis dominicę in eccleſia incipitur. & primum ſecundū inſtitutionem Zoſimi papę. archidiacono cęreum benedicente. apte quidem fit. ut in conſecratione luminis paſchalis celebratō īcipiat. quę eternę lucis nobis cōtulit claritatē. Deīde lectionū ueteris teſtamēti & orationū ordo peragitur. ut innoteſcat quanta expectatione a primordio mundi per patriarchas & prophętas ſalus noſtra pręſagabatur. quę in ſaluatoris noſtri paſſione & reſurrectione completa eſt. Deinde letanię aguntˀ. vt cōmunicatio et memoria & oratio ſanctorum. nos ad uentura gaudia conſequenda adiuuet. quas ſequitˀ baptiſmi ſacramentum. & aſcendit grex dealbatorum de lauacro. Quicumq; autem ſcire deſiderat. quanta authoritate & ratione. baptiſmū iſtius temporis nobis commendatur. legat decreta Leonis papę. et inueniet. Poſt baptiſmū uero et letanias. ſequitˀ ſctā miſſarū celebratio. et cōmunicatio corporis et ſanguinis dñi. cuius ꝑticipatōne quicumq; fideliū ſe hac nocte abſtinuerit. neſcio quomō dicā illū Chriſtianū. exceptis his qui ꝑ

capitalibus criminibus excõmũicati pœnitẽtiã gerũt. Notandum uero quod apud Hieronymum legimus. q̃d in orientalibus eccleſiis mos ſit. in hac nocte. ante mediam noctẽ fideles ab eccleſia non recedere. horã illã expectantes. in ſacris uigiliis. de qua ſcriptum eſt. Media nocte clamor factus eſt. & reliqua.

DE PASCHA DOMINI. Ca. XXXIX.

Iam uero paſchale ſacramentum quod nũc in ſaluatoris noſtri myſteriũ maniſeſtiſſime celebraẽ. in ueteri teſtamento figuraliter primum geſtũ eſt. quando agno occiſo. paſcha celebrauit pplꝰs dei in Aegipto. cuius figura in ueritate cõpleta eſt in Chriſto. qui ſicut ouis ad immolãdũ ductus eſt. cuius ſanguine illinitis poſtibus noſtris. i. cuius ſigno crucis ſignatis frontibus nr̃is. a periclitatione huius ſcl̃i. tanq̃ a captiuitate ęgiptia liberamur. Cuius quidem diem paſchalis reſurrectionis. nõ ſolum ꝓ eo celebrãus. q̃d in eodẽ a mortuis reſurrexit. ſed etiã et ꝓ aliis ſacramẽtis q̃ per eundẽ ſignificãtur. Quia enĩ ſicut dicit apl̃s. mortuus eſt ꝓpter delicta nr̃a. et reſurrexit ꝓpẽ iuſtificationẽ noſtrã. trãſitus quidẽ de morte ad uitã. in illa paſſione dñi et reſurrectiõe ſactus eſt. Nã et uocabulũ ipm q̃d paſcha dicitẽ. nõ grecũ ſed hebręũ eſt. Neq; enĩ a paſſiõe. qm̃ πασχιν. paſchin grece pati dicitẽ. ſed a trãſitu hebręo uerbo paſcha appellatũ eſt. q̃d et maxime euãgeliſta exp̃ſſit. cũ celebraretẽ a dño paſcha cũ diſcipulis. cũ uidiſſet inqt Hieſus qa uenit hora ut tranſiret de mũdo ad prẽm. Trãſitus ergo de hac uita mortali in aliã uitã ĩmortalẽ. hoc eſt de morte ad uitã in paſſiõe et reſurrectione dñi cõmendatẽ. Hic trãſitus a nobis mõ agitẽ p fidẽ. quę nobis datẽ in remiſſionẽ pctõrũ. quãdo cõſepelimur cũ Chriſto p baptiſmũ. q̃ſi a mortuis tranſeũtes. de peioribus ad meliora. de corpalibus ad ſpiritualia. de cõuerſatiõe huius uitę. ad ſpem futurę reſurrectionis et glorię. Propẽ ipm ergo initiũ nouę uitę. ad

quã trãſimus. et ꝓpt̃ nouũ hoĩem quẽ iubẽur induere. et exuere ueterẽ. expurgãtes uetus fermẽtũ. ut ſimus noua cõſperſio. qm̃ paſcha nr̃m ĩmolatus eſt Chriſtus. Propt̃ hãc uitę nouitatẽ. prius mẽſis in ãnĩ mẽſibus celebrationi attributus eſt. nã ipẽ dicit̃ et mẽſis nouorũ. Quod uero in toto tp̃e ſcl'i. nũc tertium tp̃s apparuit iõ reſurrectio dñi triduana eſt. Primũ enĩ tẽpus eſt ante legẽ. ſcd'm ſub lege. t̃ciũ ſub gr̃a. ubi iã manifeſtatũ eſt ſac̃mentũ. q̊d erat in ꝓphętico enigmate occultũ. Hoc ergo et in lunari nũero ſignificat̃. qa enĩ nũerus ſeptenarius. ſolet in ſcripturis ad q̃ndã ꝑfectõm myſticus apparere. in t̃cia hebdomada lũę paſcha celebrat̃. ideſt q̃ dies occurrerit a xv. in xxi. ſed nõ ſolũ ꝓpt̃ tp̃s terciũ. quia incipit hebdõada t̃cia. ſed etiã ꝓpt̃ illã cõuerſiõm lunę. tũc enim illa ab inferioribus ad ſuperiora cõuertit̃. & hęc nobis de luna ſil'itudo aſſumit̃. de uiſibilibus ad inuiſibilia. de corporalibus ad ſpiritualia ſacramẽta trãſire. ut magis magiſq; huic ſęculo moriamur. & uita noſtra abſcondatur cum Chriſto. omnemq; lucem ſtudij noſtri. quę ad inferiora uergebat. ad ſuperiora conuertamus. ad illam ſcilicet ęternam contemplationem immutabilis ueritatis. Vſq; ad uiceſimam primã ideo paſcha obſeruatur. propter numerum ſeptenarium q̊ uniuerſitatis ſignificatio ſępe figuratur. qui etiam ipſi eccleſię tribuitur. propter inſtar uniuerſitatis. ideoq; & Iohannes apoſtolus in Apocalipſi ſeptem ſcribit eccleſiis. Eccleſia uero adhuc in iſta mortalitatis carne conſtituta propter ipſam mutabilitatem lunę nomine in ſcripturis ſępe uocatur. Quod uero anniuerſarius dies paſchalis nõ ad eundẽ redit ãni diẽ. ſic utputa dies q̊ credit̃ dñs natus. hoc fit propt̃ dñicũ diem et lunam. Manifeſtũ eſt eñ q̊ die dñs crucifixus ſit. et ĩ ſepulchro fuerit. et reſurrexerit. Adiũcta ẽ enĩ ipſorũ dierũ obſeruatio ꝑ nicenũ cõciliũ. et orbi uniuerſo xp̃iano ꝑſuaſũ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eo modo paſcha celebrari oportere. ut nō ſolum lunā paſchalē. ſed et diem dominicum in quo reſurrexit a mortuis expectare debeamus. Inde eſt quod ad eun-dem āni non reuertetur paſcha. Nam Iudęi tantūdem menſem nouorum et lunam obſeruant. diem autem addendum patres noſtri cenſuerunt. ut & noſtra feſti-uitas a Iudęorum feſtiuitate diſtingueretnr. Initium uidelicet primi menſis obſeruandnm eſt. ab octauo Iduum Martiarum. uſq; in nonarum Aprilium diem. Quartadecima uero luna paſchę. a duodecima kalen-dis Aprilis. uſque in decimamquartam kalendas Maij querenda eſt. Porro dies paſchę dominica. ab undeci-ma kalendis Aprilis. uſq; in ſeptimam kalendas Maij. et hoc a luna quindecimę. uſq; ad uiceſimam primam. Nunc̄q; ergo cōtingere pōt. ut luna xiiij. primi menſis. ante uernale ęquinoctiū. q̊d fit in xij. kl' April' eueīat. quia luminare minus. lumīare maius ſeq in plenitudīe ſua. nō p̄cedere debet. Nam cū in ueteri teſtamēto tri-bus argumentorū indiciis paſchale tēpus obſeruari ſit pręceptū. uidelicet ut poſt ęquinoctiū in mēſe primo. vt tercia eius ſeptimana. i. a ueſpa xiiij. lunę. q̊d eſt ini-tiū xv. uſq; in ueſperā id eſt terminus uiceſimę prīę ce-lebret. Quarta in eiuſdē obſeruatione regl'a eſt. nobis a tempore dn̄icę reſurrectionis īpoſita. ut cū ęqnoctio trāſcenſo lunā primi mēſis q̄rtadecima ueſperę ortum facere uiderimus. nō ſtatī ad faciendū paſcha ꝓſiliāus. ſed dominicū expectantes. in ipſo congrue paſcha ce-lebremus. & ſi fieri poſſet. ut eadē oībus annis ſabbati die luna quartadecīa cōtigiſſet. nihil noſtrę paſchalis obſeruantię tempus a legali diſcreparet. Nā et nos ipſi iuxta legis edicta ſemp̱ quartadecima luna primi men-ſis ad ueſperam immolantes & cōmedentes agni im-maculati carnē. ſanguinēq; illius ad repellēdū ext̓mīa-torē nr̄is poſtibus aſp̱gentes. i. baptiſmi & paſchalium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

celebrantes ſolēnia miſſarum ſpiritalem ſuperaremus ęgiptum . atq; illuceſcēte mane in luna xv. menſis eiuſ=dem. primum açimorum diem intraremus . ſeptemq; dies eiuſdem celebritatis legittimos a mane . xv . diei. uſq; in ueſperam uiceſimi primi menſis ipſius . ideſt a dominico paſchę uſq; in dominicum octauum paſchę. debita ueneratione compleremus . ſed quoniam lunę dies eodꝫ diuerſas ſeptīanę diuoluūt in ferias . īn fit . ut qui propter reſurrectionem redemptoris noſtri. dn̄icū diem paſchę initium ſeruare docemur. aliquotiēs nr̄a feſtiuitas ſeptimo poſt legalium açimorum exordium ſumat ingreſſum. nōnunq; tamen contingat. ut noſtra ſolennitas paſchalis aliquem legalium paſchę dierum. ſępe autem omnes intra ſe complectatur. Notandum tamen quod inter paſcha et açima legis hoc diſtat . q̊d illa una dies qua agno neceſſe erat . & nocte ſequenti tranſiēs dominus primogenita Aegiptiorum ꝑcuſſit. liberās domus filiorum Iſrahel ſignatas agni ſanguīe. paſcha dicebatur. ſequentes uero dies. vii . ideſt a. xv. vſq; ad uiceſimā primā menſis eiuſdem açimorū ꝓprię vocabantur . Quem legalium morem eccleſia nō igno biliter etiam ue imitatᷣ. unam uidelicet noctē tranſitus dominicę reſurrectionis a mortuis. qua impios tryum phando. fideles ſaluare dignatus eſt principaliter ob=ſeruās. ac deinde alios ſeptem dies in memoriā eiuſdē dominicę reſurrectōis congrua feſtiuitate ſubiungēs. quas. vii. dies albas uocitamus. propter eos qui in ſctā nocte baptiçati. albis per totam hebdomadam utunᷣ veſtibus. & tūc maxime dū alba tolluntur a baptiçatis veſtimenta. per manus impoſitionem a pontifice ſpm̄ ſanctum accipere conueniens eſt. qui in baptiſmo oīm receperunt remiſſionem peccatorum . et per vii . dies euangelico caſtitatis habitu. & luminibus cęleſtis cla=ritatis ſanctis aſſiſtere ſacrificiis ſolent.

DE ASCENSIONE DOMINI Ca. XL.

Scenſionis dominicę ſolēnitas ideo celebratur.
a quia eodē die poſt mundi uictoriam.poſt infer
ni regreſſum. aſcendere Chriſtus memoratur
ad cęlos.ſicut ſcriptum eſt. Aſcendens in altum cepit
captiuitatem. dedit dona hominibus. Quę feſtiuitas
ideo per reuolutum circulum annorum celebratur.
vt humanitas aſſumptę carnis aſcendens ad dexteram
patris in memoriā reuocetur. cuius corpus ita in cęlo
eſſe credimus ut erat quando aſcendit.quod & uox an
gelica proteſtatur dicens. Sic ueniet quemadmodum
vidiſtis eum euntem in cęlum.ideſt eadem carnis ſpe=
cie atq; ſubſtantia.cui profecto carni immortalitatem
dedit.naturam non abſtulit. Dextera autem patris ad
quam idem filius ſedere creditur.nō eſt corporea. q̄d
nefas eſt de deo ſētire.ſed dextera patris.eſt beatitudo
perpetua.quę ſanctis in reſurrectione promittitur.i.
vniuerſę eccleſię quę eſt corpus Chriſti.ſicut et ſiniſtra
eius intelligitur miſeria & pœna perpetua.quę impiis
dabitur.Ante hanc ergo diem aſcenſionis domini mos
eſt eccleſiarum occidentis.per tres dies proximos ieiu
nium exercere.& letanias agere.et hoc cōgrue. Nam
ſi credimus Chriſtum in hoc tempore ad cęlos aſcen=
diſſe. dignum eſt etiam. ut ante aſcenſionis eiuſ diem
operam demus.ieiuniis & orationibus caſtigantes car
nem noſtram.& crucē eius in nobiſmetipſis geſtātes.
quatinus illum ſequi mereamur. Qui enim ĩquit uult
poſt me uenire.abneget ſemetipſum. & tollat crucem
ſuam et ſequatur me.Sicut ergo portamus in mãibus
noſtris ſpeciem crucis eius.ita portemus et in carne no
ſtra ſimilitudinē paſſionis eius. Qui autē ſunt Chriſti.
dixit apoſtolus.carnem ſuam crucifixerūt. cum uiciis
& concupiſcentiis.Et ita fiet.ut ubi Chriſtus poſt reſur
rectionem ſuam cum gloria aſcēdit.illuc & nos reſur=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gẽtes a mortuis. in carne incorruptibili per eius grãm aſcẽdere ualeamus. ſicut dicit idem apoſtolus. Si enim inquit cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius. ſimul & reſurrectionis erimus.

DE PENTECOSTE. Ca. XLI.

Nitium ſane & cauſa feſtiuitatis Pentecoſtes. i.
i quinquageſimę paulo altius repetenda eſt. Pẽ
tecoſtes enim dies hinc cepit exordiũ. quando
dei uox in Syna mõte deſuper intonans audita eſt. & lex data eſt Moyſi. In nouo autem teſtamento pentecoſtes cępit. quando aduentum ſancti ſpiritus quẽ Chriſtus promiſit exhibuit. quem ait non eſſe uenturum. niſi ipſe aſcendiſſet in cęlum. Deniq; dum portam cęli Chriſtus intraſſet. decẽ diebus interpoſitis. intremuit ſubito orantibus apoſtolis locus. & deſcendente ſpiritu ſancto ſuper eos cõflammati ſunt. ita ut linguis oĩm gentium dei magnalia loquerentur. Aduentus itaq; ſpiritusſancti de cęlo ſuper Apoſtolos. in uarietate linguarum diffuſam. ſolennitatem trãſmiſit in poſteros. eaq; de cauſa pẽtecoſten celebratur. & dies ipſe ꝓinde inſignis habetur. Concordat autem hęc feſtiuitas euãgelij cum feſtiuitate legis. Illic enim poſtea quã agnus imolatus eſt. interpoſitis quinquagĩta diebus. data eſt lex Moyſi ſcripta digito dei. hic poſtquam occiſus eſt Chriſtus. qui tanq; ouis ad imolandum ductus eſt. celebratur uerum paſcha. & interpoſitis quinquaginta diebus ſpiritusſanctus datur. qui eſt digitus dei. ſuper c.xx. diſcipłos Moſaicę ętatis nũero cõſtitutos. Siqdẽ & hęc feſtiuitas aliud obtĩet ſacramentũ. Cõſtat enĩ ex vii. ſeptĩanis. ſed dierũ qdẽ ſeptĩanę generãt eandẽ pẽtecoſtẽ. in q̊ fit pcti remiſſio p ſpm̃ ſctm̃. Annorũ uero ſeptĩanę quĩquageſimũ ãnũ faciũt. q apd' Hebręos iubileus noiat. in q̊ ſilr̃ tr̃ę fit r̃miſſio. et ſeruoꝝ libertas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

et poſſeſſionum reſtitutio.quę precio fuerant cōpata. ſeptem etenim ſepties multiplicati.quinquagenarium ex ſe generant numerum.aſſumpta monade quam ex futuri ſęculi figura pręſumptam eſſe maiorum authoritas tradit.fit enī ipā et octaua ſemper et prima.immo ipſa eſt ſemper una.quę eſt omnis dies.neceſſe eſt enī ſabbatiſmū aīarū pplī illuc occurrere.atq; ibi cōpleri. vbi datur pars his qui octo.ſicut quidam differens Solomonis dicta ſapiēter expoſuit. Idcirco autem totius quinquageſimę dies poſt domini reſurrectionem reſoluta abſtinentia.in ſola lęticia celebrātur.ꝓpter figurā futurę reſurrectōnis.ubi iam nō labor ſed requies erit lęticię.ideo his diebus nec genua in oratione flectunť. quia ſicut quidam ſapientum ait.in flexo genuum pœnitentię et luctus indicium eſt.unde etiā per oīa eandē in illis ſolennitatem quam dominico die cuſtodimus. in qua maiores noſtri nec ieiuniū agēdum.nec genua eſſe flectenda.ob reuerentiā dominicę r̄ſurrectōis tradiderunt.His diebus ſanctis alleluia propter gaudiū reſurrectionis aſſidue eſſe cantandum in eccleſia magiſtri ſanciuerunt eccleſiæ. Quia uero a Dominica ſeptuageſimę toto tempore ieiuni uſq; in paſcha quo pœnitētię & corporis nr̄i mortificatōi inſtare debēus. ab iſta laude abſtinendum eſt. licet nullo tempore in eccleſia laus dei deſit.ita in diebus ſolēnitatis paſchalis immo per totam quinquageſimam uſq; in pentecoſtē. atq; in dominicis diebus quando lętari nos conuenit. & ieiuuio relaxari.ſine ceſſatione illā in cantu frequētare debemus.Ante paſcha ergo tēpus ieiunij p̄ſentis vitę ſignificationem tenet.quia propter peccata noſtra pœnis erumpniſq; quottidie affligimur. tempus uero quinquageſimę paſchalis.futuram reſurrectionē corporum noſtrorum.ideſt ęternam in cęlis uitam. eo q̄d caput noſtrum eo tempore reſurrexerit demonſtrat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ac ideo cęleſte canticum alleluia.quod Iohannes apl's in cęlis ſanctorum turbam multã canere in apocalipſi commemorat.eo tempore frequentandum eſſe . quo immortalitatem noſtram deſideramus . ſaluatoris nr̃i glorificationem celebrantes.& hoc optandum. ut qui in terra aliena poſiti. canticum domini cantare digne non poſſumus.ad terrã uiuentium perueniamus. quã ſine fine gaudentes.canticum nouum domino ſine ceſſatione in ęternum decantemus . In ſabbato autẽ ſc̄tō Pentecoſtes.ſicut in ſabbato ſancto Paſchę baptiſmũ celebrat̃.lectionibus ueteris teſtamenti ante recitatis. & orationibus atq; letaniis ante peractis. ſubſequente ſancta miſſarum celebratione . Bene quoq; ſabbatum ſanctum Pentecoſtes ſimili celebratione ſabbato ſc̄tō Paſchę uenerat̃.quia ipſe unigenitus dei filius in fide credentium.& in uirtute operum.nullã inter ſe et ſpm̃ ſanctum uoluit eſſe diſtantiã. quia nulla eſt diuerſitas in natura.dicens ego rogabo patrem meum . & alium paracletum dabit uobis. ut uobiſcum ſit in ęternum. ſpiritum ueritatis.& iterum.Paracletus autem ſpirituſ ſanctus quem mittet pater meus in noĩe meo . ille uos docebit omnia.& ſuggeret uniuerſa quęcũq; dixero uobis.& iterũ.Cum uenerit ille ſpiritus ueritatis . ille diriget uos in omnem ueritatem.cũ utiq; ueritas Chriſtus ſit.'& ſpirituſſanctus ueritas . nomenq; paracleti vtriq; ſit proprium.non diſſimile eſt feſtum . ubi ſemp̱ vnum eſt ſacramentum.

DE DIE DOMINICO. Ca. XLII.

d Ominicum diem apoſtoli ideo religioſa ſolen=nitate ſanxerunt.quia in eodẽ redẽptor noſter a mortuis reſurrexit.quiq; ideo dominicus appellat̃.ut in eo a terrenis operibus uel mũdi illecebris abſtinentes.tantum diuinis cultibus ſeruiamus. dãtes

ſcilicet diei huic honorem & reuerentiã.propter ſpem
reſurrectionis noſtrę.quam habemus in illa . Nã ſicut
ipſe dominus Hieſus Chriſtus & ſaluator noſter tercia
die reſurrexit a mortuis.ita & nos reſurrecturos in no
uiſſimo die ſperamus. Vnde etiam in dñico die ſtantes
oramus.quod eſt ſignum futurę reſurrectionis . Hoc
agit eccleſia uniuerſa.quę in peregrinatione mortalita
tis inuenta eſt.expectãs in fine ſęculi . quod in domini
noſtri Hieſu Chriſti corpore pręmonſtratũ eſt . qui eſt
primo genitus a mortuis.Sabbatum aũt a priore pp̄lo
in ocio corporaliter celebratũ legimus. ut figura eſſet
in requiem.unde et ſabbatum requies interpretatur.
dies autem dominicus non Iudęis.ſed Chriſtianis per
reſurrectionem domini declaratus eſt .& ex illo cœpit
habere feſtiuitatem ſuam . Ipſe eſt enim dies primus.
qui poſt ſeptimum reperitur octauus.unde et in eccle
ſiaſten ad duorum teſtamẽtorũ ſignificationem dicit.
Illi ſeptem idem illi octo.Primo enim ſolum celebran⸗
dum ſabbatum traditum eſt . quia erat antea requies
mortuorum.reſurrectio aũt nullius erat.uſq; ad Chri⸗
ſtum dominum.qui reſurgens a mortuis . non morit.
mors illi ultra non dominabitur.Iam poſtquã facta eſt
talis reſurrectio in corpore domini.ut pręiret in capite
eccleſię.q̃d corpus eccleſię ſperaret in fine.dies dñicus
viii.qui et primus in feſtiuitate ſucceſſit.Apparet autẽ
hũc diem etiã in ſcripturis ſanctis eſſe ſolennẽ. Ipſe eni
eſt dies primus ſcl'i.in ipſo formata ſunt elemẽta md'i.
in ipſo creati ſũt angeli.in ip̄o q̃q; a mortuis reſurrexit
Chriſtus.in ip̄o de cęlis ſpũſſãctus ſup apl'os deſcẽdit.
mãna in eo die in heremo prio de cęlo datũ eſt. Sic eni
dicit dñs.Sex diebus colligetis mãna . in die aũt ſexto
duplũ colligetis.Sextus eni dies eſt paraſceue q ante
ſabbatũ ponit.ſabbatũ aũt .vii.dies eſt.quẽ ſequit do⸗
minicus.in q̃ primũ mãna de cęlo uenit.unde intelligãt
Iudęi iã tũc pręlatũ eſſe Iudaico ſabbato dñicã noſtrã.

iam tunc indicatum quod in ſabbato ipſorum gratia dei de cęlo ad eos nulla deſcenderit. ſed in noſtra do-minica. in qua primum dominus eam pluit.

DE FESTIVITATIBVS SANCTORVM. ca. xliii.

f Eſtiuitates apľorum ſiue in honorem martyrum ſolēnitates. antiqui patres in uenerationis myſterio celebrare ſanxerūt. uel ad excitādā imitatiōm. uel ut meritis eorum conſociemur. atq3 orationibus adiuuemur. ita tamen ut nulli martyrum. ſed ipſi deo martyrū. quāuis in memoriis martyrum cōſtituamus altaria. Quis enim antiſtitū in locis ſanctorum corpoꝝ aſſiſtēs altari aliqn̄ dixit. offerimus tibi Petre. aut Paule. aut Cypriane? Sed q̄d offert̄. deo offert̄. qui martyres coronauit. apud mēorias eorū q̄s coronauit. quod ex ipſorū amore maior affectus exurgat ad acuendā charitatē. & in illos q̄s imitari poſſēus. et in illo q̄ adiuuāte poſſimus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectiōis & ſocietatis. q̄ et in hac uita colunt̄ ſancti hoīes dei. q̄rum cor ad talē ꝓ euāgelica ueritate paſſionē paratum eſſe ſentimus. ſed illos tāto deuotius. q̄nto ſecurius poſt īcerta oīa ſupata. q̄nto etiā fidētiori laude p̄dicamus. iā in vita fœliciore uictores. q̄ʒ in iſta ad hucuſq3 pugnātes. At uero illo cultu qui gręce λατρεια. latria dicit̄. latine vno uerbo dici nō poteſt. cum ꝓprie ſit q̄dam diuinitati debita ſeruitus. nec colimus. nec colendū docēus. niſi vnū deū. Cū aūt ad hūc cultū ꝑtineat blatio ſacrificij. vnde idolatria dicit̄ eorū qui hoc etiā idolis exhibent. nullomō aliq̄d tale offerimus. aut offerendū p̄cipimus. vel cuiq3 martyri. uľ cuiq3 ſanctę anīę. uel cuiq3 angelo. & quiſquis in hunc errorem dilabitur. corripiatur per ſanam doctrinam. ſiue ut corrigatur. ſiue ut caueatur. dum etiam ipſi ſancti uel homines. uel angeli exhiberi ſibi nolint. quod uni deo deberi norīt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba cum cōmoti miraculis, quę per eos

facta ſunt Licaonii.tanq̄ diis immolare uoluerūt.Con ſciſſis enī ueſtimētis ſuis.cōfitentes & perſuadentes ſe deos nō eſſe.iſta ſibi uetuerūt. Apparuit & in angelis ſicut et in apocalipſi legimus.angelum ſe adorare ꝓhibentem ac dicentē adoratori ſuo.Conſeruus tuus ſum & fratrū tuoꝝ.deum adora.Recte itaq̄ ſcribit̄ homini ab angelo ꝓhibitū eſſe adorare ſe. ſed unū deum ſub quo ei eſſet & ille cōſeruus.Nō ergo ſit nobis ille diuinę religionis cultus in angelos.aut martyres. quia nō ſic habent̄ ut tales querant honores ut deus. quia nec ipſi uolunt ſe coli pro deo. ſed illū a nobis coli uolunt. quo illuminãte lętãtur. Honorãdi ergo ſunt martyres ꝓpter imitationem.non adorandi propter religionē. honorandi charitate.non ſeruitute. Notandū uero q̄d Felix papa romanus.xxvij.poſt ſanctū Petrum legitur cōſtituiſſe ſupra memorias martyrū miſſas celebrari. Attamen beatus Gregorius papa.lxvi.romanę urbis. cōſtituit ſupra corpus miſſas celebrari. Dicunt̄ quędā feſtiuitates natalicia et merito.Quomō enim conſuete naſci dicitur.cū quis de utero matris ꝓcedens.hanc in lucē egreditur.ita rectiſſime.poteſt natus dici. quia uinculis carnis ſolutus.ad lucem ſublimatur ęternā.& inde mos obtinuit eccleſiaſticus. ut dies beatorū martyrum.ſiue confeſſorū chriſti q̄bus de ſeculo tranſiert. natales uocitemus. eoꝝq̄ ſolēnia. non funebria. ſed natalicia dicantur.

DE SACRIFICIIS pro defunctis offerēdis ca. xliiii.

s Acrificiū ꝓ defunctoꝝ fideliū requie offerre. uel ꝓ eis orare.quia per totū orbē hoc cuſtodit̄ credimus.quod ab ipſis apoſtolis traditum ſit. hoc enī ubiq̄ catholica tenet eccleſia.quę niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata.non pro eorū ſpialibus vel elemoſinā faceret.uel ſacrificiū offerret. Nā & cū dicit.qui peccauerit in ſpiritū ſanctū. nō remittet̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ei neq; in hoc ſeculo.neq; in futuro. demonſtrat quibuſdam illic dimittenda peccata.& quodã purgatorio igne purganda.Ergo ut in libris dialogi ſanctus Gregorius narrat.& Beda magiſter in geſtis Anglorum. Frequẽter exemplo oſtenſum ſeu uiſione reuelatum eſt.animabus defunctorum multum prodeſſe pro eis ſacrificia.Et in quodã loco dictum eſt a ſancto Auguſtino.defunctorum animas ſine dubio.pietate ſuorum uiuentium releuari.cum pro illis ſacrificium offertur. uel eleemoſinę fiunt.ſi tamẽ aliquid quiſq; ſibi meritũ pręparauit. dum adhuc in corpore uiueret.pro quo iſta proſint.quęcumq; pro illo fiunt. Nam nõ omĩbus proſunt.niſi pro differẽtia uitę qua quiſq; geſſit in corpore.Nam pro ualde bonis gratiarum actiones ſunt. pro non ualde bonis.& non ualde malis propiciatiões ſunt.pro ualde malis. ſi etiam nulla ſunt adiumenta mortuorum.qualeſcumq; tamen uiuorum conſolatões ſunt.Quibus autem proſunt.aut ad hoc proſunt. ut ſit plena rẽiſſio. ut certe aut tolerabilior fiat ipſa dãnatõ.

DE ENCENIIS.ET VNDE OMNIS ORDO ILLE ORIGINEM DVXERIT. Ca. XLV.

f Eſtiuitates annuas dedicationis eccleſiarũ. ex more ueterum celebrari in euãgelio legimus. ubi dicitur.Facta ſunt autem encenia Hieroſolimis. Encenia quippe feſtiuitates erant dedicationis templi.Gręce euim καινον. dicit̃ nouum.Quandocũq; enim aliquid nouum fuerit dedicatum encenia uocat̃. Illum enim diem quo dedicatũ eſt templũ a Salomõe. ſicut Regum liber et Paralipomenon narrat. Iudei ſolẽniter celebrabãt.& ipſe dies apd' eos feſtus habebat̃. qui uſus uidelicet in illis exoleuit.q caruerũt & cultu & templo. Chriſtiani autem ſeruant morem illũ patrũ in qbus gloria tranſlata uidet̃.Nam q̃d in dedicatione tẽpli in nocte p̃cedente diẽ dedicationis. reliqę ſctorũ

feretro conditę. in tentorio uigiliis cuſtodiuntur. quid aliud demonſtrat. quam quod archa teſtamenti cum ſanctis quę in ea erãt. in tabernaclo Moſayco ante ędificatione templi per excubias leuitarũ ſeruabaẽ. Et q̃d in tempore dedicatiõis. multitudine undiq̃ cõuocata. feretrũ cum reliquiis ſanctorũ. per ſacerdotes de tentorio ad templũ ferẽ. quid aliud intimat. quã q̃d liber Paralipomenõ narrat. quod uenerũt omes uiri Iſrahel ad regẽ Salomonẽ in die ſolenni. & portauerũt leuitę archã fœderis dñi cum omni paratu tabernaculi. & intulerũt eã ſacerdotes in locũ ſuũ. ideſt oraculũ tẽpli in ſctã ſanctorũ. Quod uero pontifex ſil' cũ ſacerdotibus feretrũ portãtibus. et omni clero ac cętero pplo. laudẽ & letanias canẽdo anteq̃ ingrediaẽ in templũ. ter foris illud circuit. quid aliud ſignificat. quã q̃d in aduentu dñi et ſctõrum eius. qui fit per inuocatiõm eius. ſicut ipſe dixit. ubi duo uel tres cõgregati fuerit in nomine meo. in medio eorũ ſum. oĩs ſupbia et uirtus diaboli. ſi q̃ in domo latitauerit. corruat et diſſipeẽ. et q̃d ſcd'm pphãm exaltabiẽ dñs ſolus in die illa. et uocabiẽ deinceps nomẽ loci illius dñs ibidẽ. Legĩus etiã in Hieſu naue. q̃d ſacerdotes et leuitę. atq̃ uniuerſus Iſrahel ſil' cũ archa dñi. circũirent urbẽ Iericho. et ſacerdotibus clangẽtibus buccinis. et conclamãte uniuerſo pplo. ſubito corruerũt muri ciuitatis. q̃d utiq̃ ſignificat ad uocem pdicatiõis et laudis dñi. poſt ſaluatoris aduẽtũ. ſupbiã mũdanam corruiſſe. et regnũ diaboli deſtructũ eſſe. Quod uo xii. lucernę intus iuxta parietes tẽpli ponũẽ. duodenariũ numerũ exprimit aploꝝ et patriarcharũ. quẽ etiã Ioãnes apl's in apocalipſi cõmemorat in ędificio cęleſtis Hierl'm eſſe iſignẽ. Quod uero altare poſt aſperſionẽ aquę chriſmate punguiẽ. ad imitationem patriarchę Iacob ſctm̃ eſt. qui poſt uiſionẽ illã tribilẽ. erexit lapidẽ i titulũ. fundẽs oleũ deſup. uocãs locũ domus dei. Legiẽq̃ in Exodo quod Moyſes faceret ſctm̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ũctiõis oleũ. ungeretq̃ʒ ex eo tabernacľm teſtionij. &
archã teſtamẽti. mẽſamq̃ʒ cũ uaſis ſuis. cãdelabrum &
utẽſilia eius. altare thimiamatis et holocauſti. et uni.
uerſã ſuppellectilẽ q̃ ad cultũ eoꝝ ꝑtinet. Aarõ q̊q̃ʒ &
filios eius ut ſacerdotio dñi fũgerẽt. Bene dicit ut res
ſacrificãdę ſacro chriſmatis liniãt unguẽto, ut demon=
ſtrẽt. q̊d oĩs ſctificatio cõſtat in ſpũſctõ. cuius uirtus in
uiſibilis ſctõ chriſmate ad ſctificatiõm p̃bendã ꝑmixta
eſt. q̊d v̊o tũc incẽſũ a põtifice ſuꝑ altarẽ põit. ſignificat
ſacerdotis purã ſuꝑ illď orõm eſſe debere. ut poſſit di=
cere dño cũ ꝓphã. Dirigat orõ mea ſicut incẽſũ in con
ſpctũ tuo. q̊d aũt ſubtus tabulã altaris reliq̃ę ſctõꝝ po=
nũt. ſignificat ſctõs ſub throno dei ſedes et regẽ hẽre.
Teſtat etiã hoc Ioãn es in apocalipſi cũ dicit. Vidi ſub=
tus altare aĩas ĩtfectorũ ꝓpt uerbũ dei. et ꝓpt teſtio=
niũ q̊d hẽbãt. et clamabãt uoce magna dicẽtes. Vſq̃ʒ q̊
dñe ſctũs et uerus, nõ uidicas et iudicas ſãguinẽ de his
q hitãt ĩ tra. Et datę ſũt his ſingľę ſtolę albę. et dictũ eſt
illis ut rq̃eſcerẽt tp̃s adhuc modicũ. donec ĩpleãt cõſer
ui eorũ et frẽs eoꝝ q intficiẽdi ſũt ſicut et illi. Perfecta
v̊o dedicatõe tẽpli et altaris. ĩduit ſe põtifex et clerus
ueſtimẽtis aliis. et celebrãt ſolẽnit ſctãꝝ miſſarũ cele=
bratiõm. Et hoc ex ueteri uſu ſeruatũ eſt. quia legit in
Paralipomenon q̊d poſtq̃ʒ collata ſit archa in loco ſuo.
ideſt ĩ ſctĩs ſctõrũ. et egreſſis ſacerdotibus de ſctũario.
oẽs ſacerdotes ſctĩficati ſint. et tã leuitę q̃ʒ cãtores. & q
ſub Aſaph erãt. et q ſub Eman. et q ſub Idithun. filij &
frẽs ueſtiti biſſinis. cymbalis. et pſalteriis. et cytharis
cõcrepabãt. ſtãtes ad oriẽtalẽ plagã altaris. et reliq̃. et
itẽ. Rex aũt et oĩs ppľs ĩmolabãt uictimas corã dño. Et
paulo poſt. Et dedicauit domũ dei rex et uniuerſus po
pulus. ſacerdotes aũt ſtabãt ĩ officiis ſuis. et cętera. In
hoc aũt iſtud p̃ſtãtius eſt ueteri illi dedicationi. quod
illic mactabãt boũ et ouiũ multa millia. hic v̊o ĩmolat
agni illius corpus. q abſtulit pctã mďi. illic cõcrepabat

le

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

multitudo tubarũ & cymbalorũ. et cętera inſtrumẽta muſicorum. hic autem iubilus ex deuoto pectore prolatus ſuauiter ſonat per uoces hominum. Quãtum aũt diſtat ab umbra ueritas. tantum diſtat a legali uictima noſtrum ſacrifitium. & quantũ preſtat inſenſibili ſenſibile. tantum pręſtat laus uocis humanæ. ex puro corde prolata. inani flatu tubarum. & percuſſione cimbalorum. Sed quia omnia in figurã contingebant illis. & nos reuelata facie gloriam domini contemplamur. morem illum ueterum tranſlatum in noſtra religione. tanto congruentius quanto uerius obſeruamus. Om̃s autem feſtiuitates pro uarietate religionum. diuerſaq; in honorem martyrum tempora. ideo a uiris prudentibus inſtituta ſunt. ne forte rara congregatio populi. fidem minueret in Chriſto. Propterea ergo dies aliqui conſtituti ſunt. ut in unum oẽs pariter cõuenirẽt. & ex cõſpctũ mutuo et fides creſcat. et lęticia maior oriat̃.

DE FESTIVITATE VETERVM. ET VNDE FESTA VEL FERIAE SINT DICTAE. Ca. XLVI.

f Eſti autem dies in ueteri lege iſti fuerunt. dies açimorum. & phaſe. quando luna pleniſſima abiecto fermento agnus immolabat̃. dies pentecoſtes. qua in uertice mõtis Syna lex data eſt Moyſi. in quo de frugibus primi panes offerebãtur ꝓpoſitionis. dies ſabbatorum. in quo ocia celebrabãtur. & in quo mãna in deſerto nõ licebat colligere. dies neomeniorũ celebratio nouę lunę. Semꝑ aũt Iudęi in menſiũ prĩcipio. hoc eſt prima luna. diẽ feſtum agebãt. Sed idcirco in prĩcipio mẽſis hoc faciebãt. q̨a deficiente luna tempus finitur. & iterum naſcente incipitur. Dies aũt tubarũ. ſeptimi mẽſis principiũ eſt. q̃n Iudęi ſolẽnitatẽ agentes ãplius tuba canebãt. & plura offerebãt in eo ſacrificia q̃ꝫ ꝑ ſinglos mẽſes. In hoc mẽſe prio. decio die mẽſis huius. dies ꝓpiciationũ ſiue expiationũ erat. q̃n

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pontifex ſemel in anno introibat in ſancta ſanctorum. & populo foris orante ipſe ſolus intus orabat. tam pro ſua q̄ꝫ populi ignorantia. offerens incenſum dño ſuper altare thimiamatis. In quo menſe & dies erant celeberrimi ſcenophegię. ideſt tabernaculoꝝ. quando a quindecio die menſis huius per ſeptem dies in umbraculis habitabāt. ſumentes ſibi ſpatulas palmarum. & ramos ligni denſarū frondiū. & ſalices de torrente. & lętabāt̃ coram dño deo ſuo. in cōmemoratione exitus illorum de ęgipto. quod dñs eos in tabernaculis habitare fecerit. cū eduxerit eos de terra ęgipti. Dies ieiunij primi. quarti. ſeptimi & decimi mēſis. ob eas cauſas celebres apud eos fuerūt. obquas ſupra cōmemorauimus cum de ieiunio diſputabamus. Feſti aūt inde uocant̃. quod ius in eis fatur ideſt dicitur. & nefaſti quibus nō dicit̃ Similiter & ferię a fando dicūt̃. obquā cauſā Silueſter papa primus apud romanos cōſtituit. ut dierū nomina quę antea ſecūdum nomīa deorum ſuorum uocabant ideſt. Solis. Lunę. Martis. Mercurij. Veneris. Saturni. feria deinceps uocarēt. ideſt prima feria. ſecūda feria. iij. feria. iiij. feria. v. feria. vi. feria. quia in principio geneſis ſcriptū eſt. quod deus per ſingulos dies dixerit. prima. fiat lux. ſecūda. fiat firmamentū. tercia. ꝓducat terra herbam uirētem. ſimilit̃ et cętera. Sabbatū autē antiquo legis uocabulo uocare p̄cepit. & primā feriā diem dominicam. eo quod dominus in illa reſurrexit. Statuit aūt idem papa. ut otium ſabbati. magis in diem dominicā tranſferret̃. ut ea die a terrenis operibus ad laudandū deū uacaremus. iuxta illud quod ſcriptū eſt. Vacate et uidete qm̄ ego ſum deus. Scd'm hūc autem morē in nataliciis ſanctoꝝ uacare. ideſt ad laudes dei celebrandas ſancta nos iubet eccleſia. Cęterū qui his diebus ad hoc uacare uult ab agri cultura. ut crapulæ & ebrietati deſeruiat. uel iocis inanibus operam det.

agnoſcat ſe magis peccare per tale otium. quã ſi alicui vtili operi iſiſteret. Salomone teſte qui ait. Ve illis qui morantur in uino. & ſtudent calicibus epotãdis. et itẽ. Acceptus inquit regi miniſter eſt intelligẽs. iracundiã inutilis ſuſtinebit. Sed quia de feſtiuitatibus celebrioribus. ad inſtructionem eorum qui in eccleſia deo ſeruiunt & populo pręſunt. ſecundum ſenſum maiorum iam ſupra diximus. de origine quoq; cantus. et lectionum. & authoritate ſymboli. adhuc in p̃ſenti dicamus.

DE CANTICO. Ca. XLVII.

c Anticum enim primus omnium Moyſes legiẽ inſtituiſſe. quando percuſſa Aegipto decem plagis. & Pharaone ſubmerſo. cũ populo per inſueta maris itinera. ad deſertũ gratulabũdus egreſſus eſt dicens. Cantemus domino. glorioſe enim honorificatus eſt. Item. idẽ author in Deutronomio canticũ pręſagium futurorũ conſcripſit. Deinde q̃q; Debbora non ignobilis fœmina. in libro Iudicum hoc myſterio functa reperitur. poſtea multos non ſolum uiros. ſed etiam fœminas ſpiritu diuino completas. dei ceciniſſe myſteria. Canticum autem uox humana eſt. pſalmus autem qui canitur ad pſalterium.

DE PSALMIS. Ca. XLVIII.

p Sallere autem. uſum eſſe primum Moyſen. Dauid prophetã in magno myſterio prodit eccl'ia. Hic enim a puericia in hoc munus a domino ſpecialiter electus. & cantorum princeps. pſalmorũq; theſaurus eſſe promeruit. Cuius pſalteriũ idcirco cũ melodia cantilenarum ſuauium ab eccleſia frequẽtat quo facilius animi ad compunctionem flectantur. Pri-

mitiua autem eccleſia ita pſallebat.ut modico flexu uocis faceret reſonare pſallentem.ita ut pronuncianti uicinior eſſet quam canenti. Propter carnales autem in eccleſia.non propter ſpiritales. conſuetudo cantandi eſt inſtituta.ut quia uerbis non compunguntur. ſuauitate modulaminis moueantur. Sic nãq; et beatiſſimus Auguſtinus in libro confeſſionum ſuarum. conſuetudinẽ canendi approbat in eccleſia. ut per oblectamẽta inquit aurium. infirmior animus ad affectum pietatis exurgat.Nam in ipſis ſanctis dictis religioſius et ardẽtius mouentur animi noſtri ad flammam pietatis cum cantatur.quam ſi non cantetur.Omnes enim affectus noſtri pre ſonorum diuerſitate uł nouitate.neſcio qua oculta familiaritate excitantur magis.cum ſuaui et artificioſa uoce cantatur. Pſalmiſtam autem & uoce & arte pręclarum illuſtremq; eſſe oportet.ita ut oblectamento dulcedinis.animos incitet auditorum. Vox aũt eius non aſpera uel rauca.uel diſſona. ſed canora erit. ſuauis.liquida.atq; acuta.habẽs ſonum. & melodiam ſanctę religionis congruentem.non quę tragicam exclamet artem.ſed quę Chriſtianã ſimplicitatem in ipſa modulatione demonſtret.neq; quę muſico geſtu. uel theatrali arte redoleat.ſed quę compũctionem magis audientibus faciat.Perfecta autem uox eſt.alta. clara. & ſuauis. alta ut in ſublime ſufficiat.clara ut aures adimpleat.ſuauis ut animis audientium blãdiatur. Si aũt ex his aliquid defuerit.perfecta nox non erit. Antiqui enim pridie quam cantandum erat. cibis abſtinebant. pallentia tantum legumina cauſa uocis utebant̃.unde & uulgo cãtores fabarij dicti ſunt. Si ergo hoc apud Gentiles tantum ſeruandę uocis cauſa agebatur.quãto magis apud Chriſtianos.quos non tam uocis quam uirtutis ipſius tenet cura. ab omni illecebra uoluptatum abſtinere oportet.

DE HYMNIS. Ca. XLVIIII.

h Ymnos primũ eũdẽ dauid prophetã cõdidiſſe ac ceciniſſe manifeſtũ eſt. deinde & alios prophetas. Poſtea quidem & tres pueri in fornace poſiti. cõuocata omniũ creatura. creatori oĩm hymnũ canentes dixerũt. Itaq; & in hymnis & pſalmis canẽdis non ſolum prophetarum. ſed etiã ipſius domini & apl'orum habemus exemplũ. et pręcepta de hac re utilia ad mouendum pie animũ. & inflamãdum diuinę dilectionis affectũ. Sunt aũt diuini hymni. ſunt & ingenio humão cõpoſiti. Hylarius aũt Gallus epiſcopus Pictauis genitus. eloquẽtia cõſpicuus. hymnorum carmine floruit primus. poſt quẽ Ambroſius eṗs uir magnę glorię in Chriſto & in eccleſia clariſſimus doctor. copioſus in huiuſmodi carmĩe floruiſſe cognoſcit̃. atq; inde hymni ex eius nomine Ambroſiani uocãtur. quia eius tẽpore primum in eccleſia Mediolanẽſi celebrari cœperunt. cuius celebritatis deuotio. de hinc per totius occidẽtis eccleſias obſeruatur. Carmĩa autem quęcũq; in laudẽ dei dicuntur. hymni uocantur.

DE ANTIPHONIS. Ca. L.

a Ntiphonas gręci primi compoſuerũt. duobus choris alternatĩ cõcinentibus. quaſi duo Seraphim. duoq; teſtamẽta inuicem ſibi cõclamãtia Apud latinos aũt primus idẽ beatiſſimus Ambroſius antiphonas inſtituit. gręcorũ exẽplũ imitatus. ex hinc in cũctis occiduis regiõibus earum uſus increbruit.

DE RESPONSORIIS. Ca. LI.

r Eſponſoria ab Italis longo tempore ante ſunt reperta. & uocata hoc nomĩe. quod uno canẽte. chorus recõſonando reſpondeat. Antea aũt id ſolus quiſq; agebat. nũc interdũ unus. interdũ duo.

ul'tres cõmunit canẽt.choro in plurimis reſpondẽte.

DE LECTIONIBVS. Ca. LII.

Ectiones pronunciare.ãtiquę inſtitutionis eſſe
l Iudęorũ traditio habet. Nam & ipſi legittimis
pręfinitiſq; diebus ex lege et prophętis lectio-
nibus utuntur. & hoc de ueteri patrum inſtitutione
ſeruantes. Eſt autem lectio non parua audientiũ ędifi-
catio.unde oportet ut quando pſallitur. pſallatur ab
omnibus.cum oratur.oretur ab omnibus. cum lectio
legitur. facto ſilentio ęque audiatur a cunctis. Nam &
ſi tunc ſuperueniat quiſq; cũ lectio celebratur. adoret
tantum deum.& pręſignata fronte.aurem ſollicite ac-
commodet. Patet tempus orandi cum omẽs oramus.
patet cum uoluerit orare priuatim.obtentu orationis.
ne perdideris lectionem.quia non ſemper quilibet pa
ratam eam poteſt habere.cũ orandi poteſtas in ꝓmptu
ſit.nec putes paruã naſci utilitatem ex lectõnis auditu.
ſiquidem oratio ipſa fit pinguior. dum mens recenti
lectiõe ſignata.per diuinarum rerum (quas nuper au
diuit) imagĩes currit. Nam et Maria ſoror Marthę. quę
ſedens ad pedes Hieſu ſorore neglecta.uerbũ intẽtius
audiebat.bonã partem ſibi elegiſſe dñi uoce firmata.
Ideo & diaconus clara uoce ſilentium admõet. ut ſiue
dum pſallitur.ſiue dum lectio pronunciatur.ab oĩbus
vnitas conſeruetur.ut quod omnibus prędicat̃. ęqua-
liter ab omnibus audiatur. Quicumq; enim officium
decenter et rite peragere uult.doctrina & libris debet
eſſe imbutus.ſenſuumq; ac uerborum ſcientia peror-
natus.ita ut in diſtinctionibus ſententiarum intelligat
vbi finiatur iunctura. ubi adhuc pendeat oratio. uſq;
ubi ſententia extrema claudatur.ſicq; expeditus. uim
pronuntiationis obtinebit. ut ad intellectum mentes
omniũ ſenſuſq; permoueat. Diſcernendo genera pro-

nunciationum.atq; exprimendo proprios ſententiarũ affectus.modo uoce indicantis ſimpliciter.modo do=lentis.modo indignantis.modo increpantis.modo ex hortantis.modo miſerantis.modo percunctantis.& his ſimilia ſecundum genus proprię pronuuciationis expromenda ſunt.Multa ſunt enim in ſcripturis.quę niſi proprio modo pronuncientur.in contrariam rece=dunt ſentẽciam.ſicut eſt illud apoſtoli.Quis accuſauit aduerſus electos dei?Deus qui iuſtificat.Quod ſi q̃ſi infirmatiue non ſeruato genere pronunciationis ſuę dicatur.magna peruerſitas oritur.Sic ergo pronunciã dum eſt.ut prędedat percunctatõ.ſequat̃ interrogatõ.
Inter percunctationem autem et interrogationem hoc veteres intereſſe dixerunt.quod ad percunctationem multa reſponderi poſſunt.ad interrogationem uero: aut non.aut etiam.Pronunciabitur ergo ita.ut poſt percunctationẽ qua dicimus.quis accuſauit aduerſus electos dei.illud quod ſequitur ſono interrogãtis enũ=cietur.Deus qui iuſtificat?ut tacite reſpondeat̃ nõ.Et item percunctemur.quis eſt qui condemnat.rurſuſq; ĩterrogemus Chriſtus Hieſus qui mortuus eſt.magis autem qui reſurrexit.qui eſt in dextera dei.qui et int̃=pellat pro nobis.ut ubiq; tacite reſpondeatur.non.At uero in illo loco ubi ait.quid ergo dicemus.quia gen=tes quę non ſectabantur iuſticiam appręhenderunt iu ſticiam.niſi poſt percũctationem qua dictum eſt.quid ergo dicemus.item reſponſio ſubiciatur.quia gentes quę non ſectabantur iuſticiã.apprehenderũt iuſticiã.textus conſequens non coherebit.Et alia multa ſunt quę propriam ſimiliter uim pronunciationis quęrunt.
Preterea & accentuum uim oportet lectorem ſcire.ut nouerit in qua ſillaba uox protendatur pronunciãtis. quia multę ſunt dictiones.quę ſolũmodo accentu di=ſcerni debent a pronunciãte.ne in ſenſu earũ erretur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed hęc a grammaticis diſcere oportet. Porro uox lectoris ſimplex eſſe debet. et clara. & ad omne pronunciatiōis genus accomodata. plena ſucco uirili. agreſtē. & ſubruſticum effugiens ſonū. non humilis. nec adeo ſublimis. nō fracta. nō tenera. nihilq́ fœmineū ſonans. nō habens inflata uel adhelantia uerba. nō in faucibus frendentia. nec oris inanitate reſonātia. nec aſpera frēdētibus dentibus. nō hiātibus labris ꝓlata. ſed preſſim & ęqualiter. et leniter et clare ꝓnunciata. ut ſuis quęq́ litterę ſonis enuncient. & unūquodq́ uerbū legittimo accentu decoret. nec oſtētatōnis cauſa frangat oratio. Corporis quoq́ motū impudentē habere non debet. ſed grauitatis ſpeciem. auribus enim et cordi cōſulere debet lector nō oculis. ne potius ex ſe ipſo ſpectatores magis quā auditores faciat. Vetus opinio eſt. lectores pronunciādi cauſa. pręcipuā curam uocis habuiſſe. ut exaudiri in tumultu poſſint. unde & dudum lectores pręcones uel proclamatores uocabantur.

DE LIBRIS DVORVM TESTAMENTORVM. Ca. LIII.

p Ronunciantur autem lectiones in Chriſti eccleſiis de ſcripturis ſanctis. conſtat autem eadem ſacra ſcriptura ex ueteri lege et noua. Vetus lex illa eſt. quę data eſt primū Iudęis ꝑ Moyſen & prophetas. quę dicit uetus teſtamentum. Teſtamentū aūt dicitur. quia idoneis teſtibus. utiq́ a prophętis ſcriptū eſt atq́ ſignatū. Noua uero lex eſt euāgeliū quod dicit nouum teſtamentū. quod ꝑ ipſum filiū dei Chriſtū & ſuos apoſtolos dedit. Illa lex uetus uelud radix eſt. hęc noua uelud fructus ex radice. Ex lege enim uenitur ad euāgeliū. Siquidem Chriſtus qui hic manifeſtatus eſt. ante in lege prędictus eſt. Immo ipſe locutus in prophętis. ſicut ſcriptum eſt. qui loquebar. ecce aſſum legem pręmittens uelud infantibus pedagogum.

euangeliū uero perfectum uitę magiſteriū iam adultis omnibus pręſtans.ideo in illa operantibus bona terrę promittebantur.hic uero ſub gratia ex fide uiuētibus regnum cęleſte tribuitur. Euangelium autem dicitur bonum nuncium.& reuera bonum nuncium.ut qui ſuſceperint.filij dei uocentur.

HII SVNT ERGO LIBRI VETERIS TESTAMENTI.QVOS SVB AMORE DOCTRINAE ET PIETATIS LEGENDOS.RECIPIENDOSque eccleſiarum principes tradiderunt.

p Rimi namq; legis ideſt Moyſi libri quinq; ſunt. Geneſis.Exodi.Leuitici.Numeri.Deutronomij.hos ſequuntur hiſtorici libri ſedecim.Hieſu Naue ſcilicet.& Iudiciū libri ſinguli ſiue Ruth.Regum etiam libri quattuor.Paralipomenon duo.Tobię quoq; & Heſter.et Iudith ſinguli.Eſdrę duo.& duo Machabeorum.ſup hos prophętici libri ſedecim ſunt. Eſaias.Hieremias.Ęçechiel.& Daniel.libri ſingl'i.duodecim quoq; prophętarum libri ſinguli.& hęc quidē prophętica ſunt.Poſt hęc uerſuum octo libri habētur. qui diuerſo apud Hebręos metro ſcribuntur.ideſt Iob liber.& liber pſalmorum.et prouerbiorum.et eccleſiaſtes.& cantica canticorū ſiue ſapientię.et eccleſiaſticū. lamentationeſq; Hieremię.ſic complētur libri ueteris teſtamenti quadraginta quinq;.Noui autem teſtamēti primum quattuor euāgelia ſunt.Mathei.Marci.Lucę Ioannis.hos quattuordecim Pauli apoſtoli epiſtolę ſequuntur.quibus etiam ſubiunctę ſunt ſeptē canonicę epiſtolę.Iacobi.Petri.Ioannis.et Iudę.Actus quoq; duodecim apoſtolorum.quorum omnium ſignaculū eſt Apocalipſis Ioannis.quod eſt reuelatio Hieſu Chriſti.qui omnes libros et tempore concludit & ordine. hij ſunt libri canonici ſeptuaginta duo.& ob hoc Moy

ſes ſeptuaginta elegit presbyteros qui prophetiçarēt. ob hoc & Hieſus dominus noſter ſeptuaginta duos diſcipulos prędicare mandauit. Et quomodo ſeptuagīta duę linguę in hoc mundo erāt diffuſę. congrue ꝓuidit ſpiritusſanctus. ut tot libri eſſent quot nationes. qbus populi & gētes ad perficiendā fidei gratiā ędificarent.

DE SCRIPTORIBVS SACRORVM LIBRORVM. Ca. LIIII.

V Eteris autem teſtamenti. ſecundum Hebręorū traditionem hij ſcriptores habentur. Primum Moyſes ſcripſit Pentatheucū. Hieſu Naue edidit librum ſuū. Iudicum autem et Ruth. et Samuelis. primam partem ſcripſit Samuel. ſequentia Samuelis vſq; ad calcem ſcripſit Dauid. Malachim totum edidit Hieremias. nā ante ſparſus erat per ſingulorum regū hiſtorias. Iob librum Hebręi Moyſen ſcripſiſſe putāt. alij unum ex prophetis. Pſalteriū uero ſcripſerūt decē ꝓphetę. ideſt Moyſes. Dauid. Salomō. Aſaph. Ethan. Idithun. Emā. & filij Chorę. ideſt Aſir. Elchana. Ephiaſab. Sunt qui & Eſdram. et Aggeum. & Zachariam ſcripſiſſe dicant. Salomon ſcripſit Prouerbia. et Eccleſiaſten. et Cantica canticorum. Eſaias ſcripſit librum ſuum. cum lamentationibus eius. Viri ſinagogę ſapiētes ſcripſerunt Ezechielem. Danielem. et Paralipomenon. & Eſter. Eſdra ſcripſit librum ſuum. Omnes autē hos libros idem Eſdra poſt incēſam legem a Chaldeis dum Iudęi īgreſſi fuiſſent in Hieruſalē. diuino aflatus ſpiritu reparauit. cunctaq; prophetarum uolumina. q̄ fuerāt a gentibus corrupta correxit. totumq; teſtamētum in uiginti duos libros conſtituit. ut tot libri eſſent in lege. quot habentur et litterę. Primum poſt Eſdram editionem de hebręo in gręcum ſeptuaginta interpretes ediderunt. ſub Ptholomeo Aegiptiorum rege. ſucceſſore Alexandri. qui in legēdo ſtudioſus fuit. oīmq;

libros gentium cōgregauit. Iſte enim ab Eleaçaro qui
erat princeps ſacerdotum. multa do na mittens ad tem
plum. petit ut ſenes de duodecim tribubus Iſrahel trāſ
mitterentur. qui interpretarentur omnes libros eorū.
& ut fidem intepretationis aduerteret. ſingulis eorum
qui fuerāt deſtinati. ſingulas cellulas dedit. & aſſignās
omnibus omnes ſcripturas iuſſit interpretari. Qui cū
per ſeptuagīta dies iſtius rei negocium adimpleſſent.
omnium ſimul interpretationes quas per diuerſas ſe-
gregati nullo ad nullum propinquante fecerunt. con-
gregauit in unum. atqꝫ ita omnes libri interpretati per
ſpiritumſanctum inuenti ſunt. ut nō ſolum intellectu.
verum etiā & in ſermonibus conſonantes inuenirent.
Hęc fuit prima īterprętatio uera ac diuina. Hos libros
meditari omnium gentium eccleſię primū cœperunt.
eoſdemqꝫ de gręco in latinum interpretantes. primi
eccleſiarum prouiſores tradiderunt.. Poſt hęc ſecundā
editionem Aquila. terciam et quartam Theodotiō &
Simmachus ediderunt. ambo Iudęi proſeliti. quintam
uero & ſextam editionem Origenes reperit. et cū cęte
ris ſupradictis editionibus comparauit. Hij ſunt itaqꝫ
tantum. qui ſcripturas ſacras de hebręo in gręcum ſer-
monem uerterunt. quiqꝫ etiam et numerantur. Nam
latinorum interpretū qui de gręco in noſtrū eloquiū
trāſtulerunt. ut meminit ſanctus Auguſtinus. īfinitus
numerus eſt. Si cui enim inquit primis fidei tēporibus
ad manus uenit codex gręcus. atqꝫ aliquantulum eſſe
ſibi utriuſqꝫ linguę peritiam ſenſit. auſus eſt ſtatim int-
pretari. atqꝫ inde accidit tā īnumerabiles apud latinos
extitiſſe interpretes. De hebręo autem in latinū eloqū
tantūmodo Hieronymus presbyter ſacras ſcripturas
conuertit. cuius editione generaliter omnes eccleſię
vſqꝫquaqꝫ utuntur. pro eo quod ueratior ſit in ſenten-
ciis. & clarior in uerbis. Librum ſapientię Salomon

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcripſiſſe probatur.teſtimoniis illis quibus ibi legitur
Tu me inquit elegiſti regem populo tuo.& dixiſti ed
ficare templum nomini ſancto tuo.in ciuitate ſanctę
habitationis tuę.Hoc opus Hebręi (ut quidā ſapientũ
meminit)inter canonicas ſcripturas recipiebant.ſed
poſtq̃ comprehendentes Chriſtum interfecerunt.me
morantes in eodem libro tam euidētiſſima de Chriſto
teſtimonia quibus dicitur.Dixerunt inter ſe impij.cō-
prehendamus iuſtũ quia ĩutilis eſt nobis.& cōtrarius
eſt operibus noſtris.& promittit ſe ſcientiam dei hēre.
& filium dei ſe nominat.et infra.Si enim eſt uere filius
dei.ſuſcipiet illum & liberabit illum de manu contra-
riorum.ac deinde.Vt ſciamus reuerentiā illius et pro-
bemus patientiam eius.morte turpiſſima cōdēnemus
eum.collatione facta.ne noſtri eos pro tam aperto ſa-
crilegio derogarent.a prophęticis eum uoluminibus
reciderunt.legendumq̃ ſuis prohibuerunt. Librũ aũt
eccleſiaſticum compoſuit Hieſus filius Sirach Hiero-
ſolomitanus.nepos Hieſu ſacerdotis.de quo meminit
Zacharias.qui liber apud latinos.propter eloquij ſĩli
tudinem.Salomōis titulo pręnotatur.Preterea Iudith
& Thobię.ſiue Macchabeorum libros.qui authores
ſcripſerint.minime conſtat.

Nouum autem teſtamentum.quattuor libros euā-
geliorum.quattuor euangeliſtę ſingulos ſcripſerunt.
quorum ſolus Matheus hebręo ſcripſiſſe perhibetur
eloquio.cęteri gręco.Paulus apoſtolus ſuas ſcripſit
epiſtolas.ex quibus nouem ſeptem eccleſiis ſcripſit.
reliquas diſcipl'is ſuis.Thimotheo.Tito.& Philemōi.
Ad hebreos autem epiſtola pleriſq̃ latinis eius eſſe in-
certa eſt.propter diſſonantiam ſermonis.eādemq̃ alij
Barnabā conſcripſiſſe.alij a Clemente ſcriptam fuiſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſpicantur.Petrus ſcripſit duas nomini ſuo epiſtolas.
quę catholicę nominantur.quarum ſecunda a quibuſ=
dam eius eſſe non creditur.propter ſtili ſermoniſq; di
ſtantiam.Iacobus ſuam ſcripſit epiſtolam.quę & ipſa a
nonnullis eius eſſe negat̃.ſed ſub nomine eius ab alio
dictata exiſtimatur.Ioãnes epiſtolas tres edidit.quarũ
tantum prima a quibuſdam eius eſſe aſſeritur.reliquę
duę Ioannis cuiuſdam presbyteri exiſtimantur.cuius
iuxta Hieronymi ſententiam alterum ſepulchrũ apud
Epheſum demonſtratur.Iudas ſuam edidit epiſtolam.
Actus apoſtolorum Lucas compoſuit.ſicut audiuit uł
vidit.Apocalipſin Ioannes euangeliſta ſcripſit.eodem
tempore quo ob euangelij prędicationem in inſulam
Pathmos traditur alligatus.Hij ſunt ſcriptores ſacrorũ
librorum.diuina inſpiratione loquentes.atq; ad erudi
tionem noſtrã pręcepta cęleſtia in eccleſia diſpẽſantes.
author autem earõdem ſcripturarum ſpiritusſanctus
eſſe creditur.ipſe enim ſcripſit.qui per prophętas ſuos
ſcribenda dictauit.

DE BENEDICTIONIBVS. Ca. LV.

Enedictõnem autem dari a ſacerdotibus pplo.
b antiqua per Moyſen benedictõ pandit & com
probat.qua benedicere populo ſuo.ſub ſacra=
mento trinę inuocatiõis iubetur.Ait enim ad Moyſen
dominus.Sic benedices populum meum.& ego bene
dicam illos.Benedicat te dñs et cuſtodiat te.illuminet
dominus faciem ſuam ſuper te.et miſereatur tui.con=
uertatq; dominus uultum ſuum ad te.et det tibi pacẽ.
Hinc quoq; uſus eccleſię multiplices benedictiones in
diuerſis rebus habet.Benedicitur oleũ ex apoſtolica
authoritate ad infirmorum medicamentum.Iacobo
apoſtolo hoc ita pręcipiente.Infirmatur inquit quis in
vobis.inducat presbyteros eccleſię ut orent ſuper eũ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vnguentes eum oleo in nomine domini noſtri Hieſu Chriſti. Benedicit̃ ſal & aqua in diuerſos uſus fideliũ. ad homines infirmos. contra fantaſiam inimici ad pe-corum ſanitatẽ. ad morbos aufferẽdos. & cętera. ſicut legit̃ Alexander ſeptimus poſt Petrum Romanę urbis Epiſcopus & martyr conſtituiſſe. aquam ſparſionis cũ ſale benedici in habitaculis hominum. Nam nullũ eſt aliud elementum. quod in hoc mũdo purget uniuerſa quam aqua. quodq; uiuificet cuncta. ideoq; cum bapti çamur in Chriſto. per ipſum renaſcimur. ut purificati uiuificemur. q̊d in tempore paſſionis una cũ ſanguine de latere Chriſti profluxit. ad oſtendẽdum utiq; omĩs ſanctificationis & mundicię ualidum ſe inde habere ſacramentum. Quod autem ſal ſanctificatum aquę im miſcetur. ex diuina authoritate proceſſit. quia illud p̱ Eliſeum in fontẽ mitti iuſſit. ut ſanaret̃ ſterilitas aqua-rum Iericho. Ergo natura ſalis naturę aquę uicina & coniunctiſſima eſt. quia eiuſdem elementi ambo ſunt. & idem officium et ſignificationem habẽt. Nam aqua a ſordibus mundat. ſal putredinem fugat. aqua nitorẽ prębet. ſal ſinceritatem adhibet. aqua potum ſapientię ſignificat. & ſal guſtum prudẽtię indicat. quod ſcilicet ſacrorum librorum ſatis teſtatur authoritas. & multi-plicia eorum produnt teſtimonia. Fit enĩ hic mirabilis operationis diuinę effectus. ut per ſacerdotũ ora deus ipſe benedicat. & per ſenſibile eorũ miniſteriũ. uirtus diuina inuiſibiliter efficiat ſacramentum. deprecatur quidem pro ſalute hominum pia ſacerdotis intentio. & preſtat eam diuinę pietatis deuotio. ſicq; fit. ut chari tas quę exhibet in ſacerdote deprecationem. ipſa p̃ſtet a domino integram ſanitatem.

DE SYMBOLO. Ca. LVI.

s Ymbolum tali ratione inſtitutũ maiores noſtri tradunt. quod poſt aſcenſionẽ dñi & ſaluatoris

n

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noſtri ad patrem cum poſt aduentum ſancti ſpiritus diſcipuli eius inflammati.linguis omnium gentium loquerentur.vt nulla illis gens extera.nulla lingua barbaris inacceſſa uel inuia videretur . pręceptum eis eſt a domino datum.ad prędicandum dei verbum.ad ſingulas quaſq; nationes adire.Diſceſſuri itaq; ab inuicē normam prius ſibi futurę prędicationis in communi conſtituūt.ne velociter ab inuicē diſcedētes.diuerſum aliquod uel diſſonum prędicaretur . his qui ad fidem Chriſti inuitabantur.Omnes ergo in vno poſiti.& ſpū ſancto repleti.breue ſibi prędicationis indicium conferendo in vnum quod ſentiebant componunt . atq; hāc credentibus dandam eſſe regulam ſtatuunt.Symbolū autem hoc.multis et iuſtiſſimis cauſis appellare uoluerunt.συμβολον.Symbolū enim gręce . & indicium dici poteſt et collatio.hoc eſt quod plures in vnū cōferunt. Id enim fecerunt apoſtoli in his ſermonibus in vnum conferendo.vnuſquiſq; quod ſenſit . Indicium autem vł ſignū idcirco dicitur.quod illo ī tēpore ſicut Paulus apoſtolus dicit.& in actibus apoſtolorū refert . Multi ſimulabant ſe eſſe apoſtolos Chriſti.nominātes q̄dem Chriſtum.ſed nō integris traditionū lineis nunciātes. idcirco ergo iſtud inditiū poſuere.per quod cognoſceretur is qui Chriſtum verum ſecundum apoſtolicas regulas prędicaret.Eſt autem ſymbolum ſignum . per quod agnoſcit̄ deus.q̊dq; proinde credentes accipiūt. vt nouerint qualiter contra diabolum fidei certamina p̄parent.in q̊ quidē pauca ſunt uerba.ſed oīa cōtinent̄ ſacramēta.De totis enī ſcripturis.hęc breuiatī collata ſunt ab apłis.vt qm̄ plures credentiū litteras neſciūt. vel qui ſciunt prę occupatiōe ſcłi.ſcripturas legere nō poſſunt.hęc corde retinentes.habeant ſufficientē ſibi ſcientiam ſalutarē.Eſt enī breue fidei uerbū. & olim a ꝓphā p̄dictū.Qm̄ uerbū breuiatum faciet dn̄s ſup t̄rā.

DE REGVLA FIDEI. Ca. LVII.

h Aec eſt autem poſt apoſtolicũ ſymbolũ certiſſi
ma fides. quam doctores noſtri tradiderũt. vt
profiteamur patrem, et filiũ & ſpiritum ſanctũ
vnius eſſentię. eiuſdem poteſtatis & ſempiternitatis.
vnum inuiſibilem. ita ut in ſingulis perſonarum ꝓprie
tate ſeruata. nec ſubſtanti aliter trinitas diuidi. nec pſo
naliter debeat oĩno confundi. patrem quocꝫ confiteri
ingenitum. filium vnigenitum. ſpiritum autem ſanctũ
nec genitum nec ingenitum. ſed ex patre & filio proce
dẽtem. Filium a patre naſcendo procedere. ſpiritũ ꝟo
ſanctum procedendo non naſci. ipſum quocꝫ filiũ per-
fectum ex virgine. ſine peccato hominẽ ſuſcepiſſe. ut
quem ſola bonitate creauerat. ſpõte lapſum miſericor
diter repararet. quem veracit̃ crucifixum. et tercia die
reſurrexiſſe. et cum eadem ipſa carne glorificata aſcen
diſſe in cęlum. in qua et ad iudiciũ viuorũ et mortuorũ
expectatur uenturus. & quod diuinam humanamcꝫ
ſubſtantiam in vtrocꝫ perfectus vna Chriſtus perſona
geſtauerat. quia nec geminauit utriuſcꝫ ſubſtãtię inte-
gritas perſonam. nec confudit geminã vnitas perſonę
ſubſtantiã. altero quippe neutrũ excluſit. quia vtrũcꝫ
vnuſquiſcꝫ intemerato iure ſeruauit. Quod noui et ue
teris teſtamenti ſalubris cõmendat authoritas. illa per
prophętiam. iſta per hiſtoriam. ueraciter perſoluta.
& quod necꝫ de deo. necꝫ de creatura ſęculi ſit cũ paga
nis aut cum hęreticis aliquid ſentiendum. in his rebus
in qbus a ueritate diſſentiunt. Sed in utrocꝫ teſtamẽto
diuina proteſtantur eloquia. hoc tantummodo ſentiẽ
dũ, q̃d ſiue hoĩem ſiue uniuerſa. nulla deus neceſſitate
creauerit. nec ullã eſſe oĩno uiſibilẽ ĩuiſibilẽcꝫ ſubãm.
niſi aut q̃ deus ſit. aut a bono deo bona creata ſit. ſed
deus ſumme et incommutabiliter bonus. creatura ve-
ro inferius et mutabiliter bona. et quod animę origo
incerta ſit. et quod angelorum natura uel animæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non ſit pars diuinę ſubſtātię.ſed dei creatura ex nihilo
condita.ideoq; incorporea.quia ad imaginē dei creata
eſt.De pietate moꝝ ſine qua fides diuini cultus ocioſa
torpeſcit.& cum qua integritas diuini cultus perficit̃.
& ut unuſquiſq; deum propter deum.& proximum in
deo diligat.ut perficiendo perueniat. Alterum quoq;
alterius non pollui poſſe peccato.ubi par uolūtatis nō
tenetur conſenſio.Legittimas nuptias non credi dam=
pnādas.licet ex eis quoq; originali peccato obnoxia
credatur naſci poſteritas.eiſq; iure fidelium virginum
& continentium pręferenda doceatur integritas.Ne
vnum baptiſmum trinitatis (quod nefas eſt)iteretur.
neq; pro diuerſitate tradentium miniſtrorum ſingulis
putetur quibuſq; cōfiteri.ſed ab eo ſingulari poteſtate
donari de quo dictum legimus.Super quem uideris
ſpiritum deſcendentem.& manentem ſuper eū.hic eſt
qui baptiçat in ſpiritu ſancto.& ego uidi & teſtimoniū
perhibui.quia hic eſt filius dei.Et ne pœnitentię reme
diis non egere putemus.pro quottidianis humanę fra
gilitatis exceſſibus, ſine quibus in hac uita eſſe non
poſſumus.ita ut pœnitentię compunctione fructuoſa.
uniuerſa fateamur deleri pctā.ſicut ſcriptum eſt.Beati
quorum remiſſę ſunt iniquitates. & quorū tecta ſunt
peccata.Beatus uir cui non imputauit dn̄s peccatum.
Nullum quoq; ſuis uiribus. ſed per diuinam gratiam
capiti Chriſto ſubiungi.atq; indiruptę pacis perſeuerā
tia in unitate eccleſię ipſius ſolidari.Nec humanę uolū
tatis arbitrio boni quiddam deputandum exiſtimari.
ſed ſecundum propoſitum uoluntatis dei.omnē nume
rum electorum acquiri.Bona quoq; temporalia bonis
maliſq; communia a deo creari. cuiuſq; diſpenſatione
ſiugulis quibuſq; uel tribui uel negari.quorū bonorū
in unoquoq; fidelium.non habitus ſed uſus aut impro
bandus aut probādus.Certa uero ęternaq; bona ſolos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſſe bonos in futuro cōſequi. quorum pignore eccleſiam nunc informatam credimus detineri. hic habentē primitias ſpiritus. in futuro perfectionem. hic ſuſtētari in ſpe. poſtea paſci in re. hic uideri per ſpeculū in enigmate. in futuro autem facie ad faciem. Cum ad ſpeciē fuerit perducta per fidem. quod donec perficiatur, ut ſummi dei bonis fruamur ęternis. fruendum inde non oberimus & proximis. Eam quoq; nos ſpem reſurrectionis habere. nt eodem ordine eademq; forma qua ipſe dominus reſurrexit a mortuis. nos quoq; reſurrecturos eſſe credamus in eodem tēpore in quo ſumus. uel uiuimus. nō naturam aut ſexum mutantes. ſed tm̄ fragilitatem et uicia deponentes. Ipſum quoq; ſathanā cum angelis ſuis atq; cultoribus ęterno incendio condempnādum. neq; ſecundum quorundam ſacrilegam diſpēſationem ad priſtinam ideſt angelicam dignitatē. ex qua propria malignitate cecidit. reducendum. Hęc eſt catholicę traditionis fidei integritas. de qua ſi unū quodlibet reſpuatur. tota fidei credulitas amittitur.

DE HAERESIBVS VARIIS. Ca. LVIII.

Hoc ergo cauēdum eſt omni animę timēti deū. ut non a fide catholica decidens, & relinquens doctrinā ueritatis. in errores hęreticorū cadat. quia hoc certiſſimum mortis eſt genus. Sed ut hoc faciliús poſſit precauere. quaſcumq; ſectas de erroribus hęreticorum atq; ſciſmaticorū. de notatis a catholicis doctoribus inuenimus. ſimul cum earum authoribus ſiue ſectatoribus. in hoc libro determinamus.

αιρεσις. Hęreſis gręce ab electione uocatur. quod ſcilicet unuſqſq; id ſibi eligat quod melius illi eſſe uidetˀ. vt Philoſophi. Peripatetici. Achademici. Epicurei. & Stoici. uel ſicut alij qui peruerſum dogma cogitantes. arbitrio ſuo de eccleſia receſſerunt. Inde ergo hęreſes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt dictę grȩca uoce ex interpretatione electionis.q̄s quiſq; arbitrio ſuo ad inſtituenda ſiue ad ſuſcipienda quęlibet ipſe elegit. Nobis uero nihil ex noſtro arbitrio inducere licet.ſed nec eligere quod aliquis de arbitrio ſuo īduxerit. Apoſtolos dei habemus authores. qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio quod inducerēt elegerunt.ſed acceptam a Chriſto diſciplinam fidelit̄ nationibus aſſignauerunt. Secta a ſectando et tenendo nominata.nam ſectas dicimus habitus animorum. ac inſtituta circa diſciplinam fideliter propoſitam quę tenendo ſequuntur.longe alia in religionis cultu opinantes quā cȩteri. Schiſma a ſciſſura animorum nomē accepit eodē enī cultu eodēq; ritu credit ut cęteri ſolo cōgregationis delectat̄ diſcidio.Fit autem ſciſma cum dicūt.hoīes nos iuſti ſumus.nos ſanctificamus immundos.et cętera ſilīa. Superſtitio dicta eo q̄d ſit ſuꝑflua. aut ſuperinſtituta obſeruatio. Alij dicunt a ſenibus. quia multis annis ſuperſtites per etatem delirant & errant. Apud Iudęos autem hę fuerunt hęreſes. Phariſeorum.Saduceorum.Eſneiſtarum.Marbonenſium.Geniſtarum.Meriſeorum. Phariſei ergo & Saducei inter ſe contrarij ſunt. Nam Phariſei ex hebrȩo in latinum interprętantur diuiſi. eo quod traditionum & obſeruationum quas illi deuteres uocant. iuſticiam prȩferunt. Vnde & diuiſi uocantur a populo q̄ſi per iuſticiam. Saducei interpretantur iuſti. vendicant enim ſibi quod non ſunt. corporis reſurrectionem negant. & animam interire cum corpore prędicant. Sed nec ſpiritus eſſe nec angelos credunt. Hij quinq; tantum libros legis recipiunt. prophętarum vaticinia reſpuunt. Eſnei dicunt ipſum eſſe Chriſtum. qui docuit illos omnem abſtinentiam:

Marbonei dicunt ipſum eſſe Chriſtum. qui docuit illos in omni re ſabbathiȥare Geniſtę dicti eo quod

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

de genere Abrahę eſſe gloriantur.Nam cum in Baby
lonia ueniſſet populus dei.pleriq; relinquẽtes uxores
ſuas.babylonicis mulieribus adheſerunt.quidam Iſra
heliticis tantum coniugib9 contenti uel ex eis geniti.dũ
reuerſi eſſent de Babylonia.diuiſerunt ſe ab omni po=
pulo.et aſſumpſerunt ſibi hoc nomen iactantię. Meri
ſtei appellati.eo quod ſeparant ſcripturas.nõ credẽtes
omnibus prophętis.dicẽtes aliis et aliis ſpiritibus pro=
phętaſſe.μερος.Meros enim gręce latine pars dicitur.
Samaritę dicti quod legem ſolam cuſtodiũt.nam pro=
phetas nõ recipiũt. Himerobaptiſtę eo quod q̃ttidie
veſtimẽta ſua et corpora lauẽt.Quidã hęretici qui de
eccleſia receſſerũt.ex nominibus ſuorum authorum
nũcupãtur.quidam uero ex cauſis quas eligẽtes inſti=
tuerũt. Simoniani dicti a Simone magicę diſciplinę
perito.cui Petrus in actibus apoſtolorum maledixit.
pro eo quod ab apoſtolis ſpũſſcti gratiã pecuĩa emere
voluiſſet.hij dicũt creaturã nõ a deo. ſed a uirtute q̃dã
ſuperna creatam. Menãdriani a Menãdro mago
diſcipulo Simonis nũcupati.qui mũdum nõ a deo. ſed
ab angelis factum eſſe aſſerũt. Baſilidiani a Baſili
de appellati. qui inter reliquas blaſphemias paſſum
Hieſum abnegauit. Nicolaitę dicti a Nicolao dia=
cono eccleſię Hieroſolymorum.qui cum Stephano &
cęteris conſtitutus eſt a Petro.qui propter pulchritu=
dinem relinquẽs uxorem.dixerat ut qui uellet ea ute=
retur.verſa eſt in ſtuprũ talis conſuetudo. ut inuicem
cõiugia cõmutarẽt. Gnoſtici propt̃ excellẽtiã ſciẽtię.
ſe ita appellare uoluerũt.animã naturã dei eſſe dicũt.
bonũ et malũ deũ ſuis dogmatibus fingũt. Carpocra
tiani a Carpocrate q̃dã uocãt̃.qui dixit Chriſtũ hoĩem
fuiſſe tm̃.et de utroq; ſexu progenitũ. Chirinthiani a
Chirito q̃dã nũcupati.hij int̃ cętera circũciſionẽ obſer=
uant.mille annos poſt reſurrectionem in uoluptate
(carnis futuros prędicant. Vnde et gręce

χιλιαςται. chiliaſtę. latīe milliaſti ſūt appellati. Naçarei dicti qui dū Chriſtum qui a vico naçareus eſt appellatus. filiū dei confiteant. oīa tamē veteris legis cuſtodiūt. Ophitę a colubro nominati ſunt. Coluber enim grçce οφις dicitur. colūt enim ſerpētem. dicentes ipſū in paradiſo induxiſſe virtutis cognitionē. Valētiniani a Valentino quodam platonico ſectatore uocati. qui αιωνας ideſt ſęcula quędam in originem dei creatoris induxit. Chriſtum quoq₃ de uirgine nihil corporis aſſumpſiſſe. ſed per eā quaſi per fiſtulam trāſiſſe aſſeruit.

Apellitę. quorum Apelles prīceps fuit. qui creatorē. angelum neſcio quē glorioſum ſuperioris dei. faciens deum legis Iſrahel. illum igneum affirmans. Apellitę quorum author Apelles. qui dixit Chriſtum non deū in ueritate. ſed hoīem in fantaſia apparuiſſe. Archonciacia principibus appellāt. qui uniuerſitatē quā deus condidit. opera eſſe archangelorum defendunt. Adamiani uocati. quod Adę imitantur nuditatem. unde & nudi erant. & nudi in ſe mares fœminęq₃ conueniunt.

Cainani proinde ſic appellati. quoniam Cain adorāt. Sethiani nomen accepērūt a filio Adam qui uocatus eſt Seth. dicētes eū eſſe Chriſtum. Melchiſedechiani. uocati pro eo. quod Melchiſedech ſacerdotem dei. nō hominem fuiſſe. ſed uirtutem dei arbitrātur. Angeli uocantur qui angelos colunt. Apoſtolici hoc ſibi nomen ideo ſumpſerunt. quod nihil poſſidentes ꝓpriū. nequaquam recipiunt eos qui aliquo in hoc mundo vtuntur. Cerdoniani a cerdone quodam nominati. q duo contraria principia aſſeruit. Marcioniſtę a Marcione ſtoico philoſopho appellati. qui cerdōis dogma ſecutus. alterum bonum. alterum iuſtum deū aſſeruit. tanquam duo principia creatoris et bonitatis. Arthoteritę ab oblatiōe uocati panē enim & caſeum offerūt dicentes. primis hominibus oblationē a fructibus terę

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& a fructibus ouium fuiſſe celebrata. Aquarij appellati.eo quod aquam ſolam offerũt in calice ſacramẽti. Seueriani a Seuero exorti.uinum nõ bibũt.& uetus teſtamentũ.& reſurrectionem non recipiũt. Tatiani. a Taceão quodã uocati.qui et encratitę dicti.quia carnes abhominantur. Alogij uocãtur tanq̃ ſine verbo. λογος.Logos enim gręce uerbum dicitur. deum enim verbum non credunt.reſpuentes Ioannis euangelium & apocalipſin. Catafrigis nomẽ prouĩcia frigia dedit. quia ibi extiterunt authores eorum . Mõtanus. priſca & maximilla fuerunt.hij aduentum ſpirituſſancti non in apoſtolos . ſed in ſe traditum aſſerunt. Catharoe propter mundiciam ita ſe nominauerunt . gloriantes enim de ſuis meritis.negant pœnitẽtibus veniã peccatorum.viduas ſi nupſerint.tanq̃ adulteras dampnant. mundiores ſe cęteris prędicant.qui nomen ſuum ſi cognoſcere uellent.mundanos ſe potius quam mundos vocarent. Pauliani a Paulo ſamoſateno exorti ſunt. q dixit non ſemper fuiſſe Chriſtũ. ſed a Maria ſumpſiſſe initium. Hermogeniãi ab hermogene quodã uocati. qui materiam non natam introducens.deo nõ nato eã comparauit.matremq̃ elemẽtorum et deam aſſeruit. quos apoſtolus improbat elementis ſeruientes. Manichei a quodam Perſa extiterunt.qui uocatus eſt Manes.Hic duas naturas et ſubſtantias introduxit . ideſt bonam et malam.& animas ex deo quaſi ex aliq̃ fonte manare aſſeruit . uetus teſtamentum reſpuit. nouum ex parte recipit. Canoniani ideſt latine ſine lege dicuntur . Anthropomorphitę dicti. pro eo q̃d ſimplicitate ruſtica deum humana membra habere . q̃ in diuinis libris ſcripta ſunt arbitrãtur. αντροπως. Anthropos enim gręce.latine homo interpretatur. ignorãtes vocem domini.qui ait Spiritus eſt deus.Incorporeus eſt enim.nec membris diſtinguitur. nec corporis

mole cēſetur. Heraclitę ab Heraclito authore exorti. Monachos tantum recipiunt.coniugia reſpuūt.regna cęlorum paruulos habere non credunt. Nouatiani a Nouato Romę urbis presbytero exorti.qui aduerſus Cornelium cathedram ſacerdotalem conatus īuadere hęreſim inſtituit.nolens apoſtatas ſuſcipere.et rebaptiçans baptiçatos. Montani hęretici dicti.quod tempē perſecutionis in montibus latuerunt.qua occaſione ſe a corpore catholicę eccleſię diuiſerunt. Ebionitę ab Ebione dicti.ſiue a paupertate.Chriſtum enī per prouectum ſolū iuſtum putant effectum. Vnde competēter Ebionei pro paupertate intelligentię appellati ſunt. Hij ſemi Iudęi ſunt.et ita tenent euangelium vt legem carnaliter ſeruent.aduerſus quos ad Galathas apoſtolus ſcribēs inuenitur. Fotiniani a Fotino Gallo gręcię Syrmię epiſcopo nuncupati.qui Ebionitarū hęreſim ſuſcitans.aſſeruit Chriſtum a Maria per Ioſeph nuptiali coitu fuiſſe cōceptū. Aeriani ab Aerio q̄dam nuncupati ſunt.hij offerre ſacrificium pro defunctis ſpernūt. Ethiani ab Ethio ſunt uocati.ideq; Eunomiāi ab Eunomio q̄dam dialectico Ethij diſcipulo. ex cuius nomine magis innotuerūt.diſſimilem patri aſſerentes filiū.et filio ſpiritumſctm̄. dicūt etiam nullū imputari peccatum in fide manētium. Origeniāi ab Origene authore exorti ſunt. dicētes q̄d nō poſſit filius uidere patrem.nec ſpiritusſctūs filiū.animas q̄q; in mūdi principio dicūt peccaſſe.& ꝓ diuerſitate peccatorū e cęlis vſq; ad terram diuerſa corpora quaſi uīcula meruiſſe. eaq; de cauſa factum fuiſſe mūdum. Noetiani a q̄dam Noetio uocati.qui dicebāt Chriſtum eundem eſſe patrem & ſpiritumſanctum.ipſamq; trinitatē in officiorū nōīnibus nō in perſonis accipiūt.vnde et Patripaſſiani vocātur.quia patrē paſſum dicūt. Sabelliani ab eodē Noetio pullulaſſe dicūtur.cuius diſcipulum perhibēt fuiſſe Sabelliū.ex cuius nomine maxime innotuerūt.

vnde et Sabelliãi uocati ſunt. hij unam perſonã patris
et filij & ſpiritusſancti aſtruunt. Arriani ab Arrio
Alexandrino presbytero orti ſunt. qui coęternũ patri
filium non agnoſcens. diuerſas in trinitate ſubſtantias
aſſeruit. contra illud quod ait dominus. Ego et pater
vnum ſumus. Macedoniani a Macedonio Conſtanti=
nopolitano epiſcopo dicti ſunt. negãtes deũ eſſe ſpm̃
ſctm̃. Appolinariſtę ab Apolinare uocati ſunt. dicẽtes
Chriſtum corpus tãtũmodo ſine anima ſuſcepiſſe.
Antidicomaritę appellati ſunt. pro eo q̃d Marię virgi=
nitati cõtradicunt. aſſerentes eam poſt Chriſtũ natum
viro ſuo fuiſſe cõmixtam. Metãgiſmonitę ideo tale
nomen acceperũt. quia αγγιος. Angios gręce vas dicit̃.
Aſſerunt enim ſic eſſe in patre filium. tanq̃ uas minus
intra uas maius. Patriciani a quodam patricio nuncu=
pati ſnnt. qui ſubſtantiam humanę carnis a diabolo cõ=
ditam eſſe dicunt. Colinthiani a quodam Colintho
nominati. qui dicunt deum non facere malum. contra
illud quod ſcriptum eſt. Ego dñs creans mala. Floriãi
a Florino. qui econtrario dicunt deum creaſſe mala.
contra id quod ſcriptum eſt. Fecit deus omnia bona.
Donatiſtę a Donato quodam Afro nuncupati. qui
de Numidia ueniens. totam pene Africam ſua perſua=
ſione decepit. aſſerens minorem patre filiũ. & minorẽ
filio ſpiritumſanctum. & rebaptiçans catholicos. Bo=
noſaici a Bonoſo quodam epiſcopo exorti produ͂tur.
qui Chriſtũ filium dei adoptiuũ nõ ꝓpriũ aſſerũt. Cir=
cũcelliões dicti eoꝙ agreſtes ſũt. q̃s Cothopitas vocãt.
ſup̃dictę hęreſis hñtes doctrinã. hĳ amorę martirĳ ſe=
metip̃os ꝑimũt. ut uiolẽter de hac uita diſcedẽtes mar=
tyres noĩent̃. Priſcilliãiſtę a Priſcillião vocati. q ĩ hiſpa
nia ex errore Gnoſticoꝝ. et Mãicheoꝝ ꝑmixtũ dogma
cõpoſuit. Luciferiãi a lucifero ſyrmię ep̃o orti. q ep̃os
catholicos q cõſtãtĳ ꝑſecutõe ꝑfidię arriãoꝝ cõſẽtiẽtes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

erant. & poſtea correcti. redire in eccleſiam catholicã delegerunt. dampnantes ſiue quod crediderant. ſiue quod crediſſe ſe ſimulauerant. quos eccleſia catholica materno recepit ſinu. tanq̄ Petrum poſt fletum negationis. Hanc illi matris charitatem ſuperbe accipientes. eoſq̄ recipere nolentes ab eccleſię communione receſſerunt. & cum ipſo lucifero authore ſuo q mane oriebatur cadere meruerũt. Iouinianiſtę a Iouiniano quodam monacho dicti. aſſerentes nullam nuptiarum & virginum eſſe diſtantiam. nullumq̄ inter abſtinẽtes & ſimpliciter epulantes eſſe diſcrimen. Eluidiani ab Eluidio nominati. qui dicunt poſt natum Chriſtũ alios Mariam filios de viro Ioſeph peperiſſe. Paterniani a Paterno quodam exorti. qui inferiores corporis p̄tes a diabolo factos opinantur. Arabici nuncupati. eo q̈d in Arabia exorti ſunt. dicentes animam cum corpore mori. atq̄ in nouiſſimo vtrumq̄ reſurgere. Tertulianiſtę dicti a Tertuliano. preſbytero affricanę prouĩcię & ciuitatis Carthaginenſis. animam immortalem eſſe. ſed corpoream prędicantes. & animas hominũ pctõrũ poſt mortem in dęmones conuerti putãtes. Teſſeres decaditę dicti. quod quartadecima luna paſcha cum Iudęis obſeruandum cõtendunt. nã teſſeres quattuor. deca decem ſignficat. Nyctages a ſomno nuncupati. quod vigilias noctis reſpuant. ſuperſtitionem eſſe dicentes. iura temerari diuina. qui noctem ad requiem tribuit. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hij liberum arbitrium diuinę gratię anteponunt. dicentes ſufficere voluntatẽ ad implenda diuina iuſſa. Neſtoriani a Neſtorio Conſtãtinopolitano epiſcopo nuncupati. q̄ beatam virginem Mariam non dei ſed hoĩs tantummõ aſſeruit genitricem. vt aliam perſonam carnis. aliam faceret deitatis. nec vnũ Chriſtũ in verbo dei et carne credidit. ſed ſeparatim atq̄ ſeiunctim. alterum filiũ dei

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

alterum filium hominis prędicauit. Euticiãi ab Eutice conſtantinopolitano abbate. qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionē negauit exiſtere de duabus naturis. ſed ſolũ ĩ eo diuinã aſſeruit eſſe naturã. Acephali dicti ideſt ſine capite. quem ſequuntur hęretici. nullus enĩ eorum reperitur author a quo exorti ſint. hij triũ calcedonenſium capitulorum impugnatores. duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant. et vnam in eius perſona naturam prędicant. Theodoſiani & Gaianitę appellati a Theodoſio & Gaiano. qui temporibus Iuſtiniãi principis ĩ Alexãdria. pplĩ puerſi elc̃tõe vno die ſunt ordinati epiſcopi. Hij errores Euticetis & Dioſcori ſequentes. calcedonenſe concilium reſpuũt. ex duabus vnam in Chriſto naturam aſſerunt. quam Theodoſiani corruptam. Gaianitę incorruptam contendũt. Gnoitę & Tritoitę a Theodoſiãis exorti ſunt. ex quibus Gnoitę ab ignorãtia dicti. quia peruerſitati a qua exorti ſunt id adiiciunt. quod Chriſti diuinitas ignoret futura quę ſunt ſcripta de die et hora nouiſſiã. non recordantes Chriſti perſonam in Eſaia loquentis. dies iudicij in corde meo. Tritoitę vero vocati quod ſicut tres perſonas in trinitate. ita quoq; tres aſtruunt deos eſſe. cõtra illud quod ſcriptum eſt. Audi Iſrahel: dominus deus tuus deus vnus eſt. Sunt et alię hereſes ſine authore et ſine nominibus. ex quibus alij triformem putant deum eſſe. alię Chriſti diuinitatem paſſibilem eſſe dicunt. alię Chriſti de patre natiuitati initiũ temporis dant. alię liberationem hominum apud inferos factam Chriſti deſcenſione non credunt. alię aĩam imaginem dei negãt. alię animas conuerti in dęmones & in quęcumq; animalia exiſtimant. alię de mũdi ſtatu diſſentiunt. alię innumerabiles mundos opinãtur. alię aquam deo coęternam faciũt. alię nudis pedibus ambulant. alię cum honinibus non manducant. Hę ſunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hereſes aduerſus catholicam fidem exortę. & ab apoſtolis & ſanctis patribus uel conciliis prędampnatę. q̄dum in multis erroribus diuerſę inuicē ſibi diſſentiūt. communi tamen nomine aduerſus ecclesiam dei conſpirant. Sed & quicumq; aliter ſcripturam ſacram intelligit. quā ſenſus ſpiritusſancti flagitat. a q̊ cōſcripta eſt. licet de eccleſia non receſſerit. tamen hęreticus appellari poteſt.

Expliciunt capitula libri Secundi.

Incipiunt capitula libri Tercij.

QVID EOS SCIRE ET HABERE CONVENIAT. QVI AD SACRVM ORDINEM ACCEDERE VOLVNT. Ca. I.

i Nſtitutio ergo eccleſiaſtica. qualiter ad diuinum officium inſtrui oporteat ſanctiſſimum ordinem clericorum multimoda narratione declarat. quia & ſcientię plenitudinem. & uitę rectitudinem. et eruditionis perfectionem maxime eos habere decet. qui in quodam culmine conſtituti. gubernaculum regiminis in eccleſia tenent. Nec enim eis aliqua eorum ignorare licet. cum quibus uel ſe uel ſubiectos inſtruere debent ideſt ſcientiam ſanctarum ſcripturarum. puram ueritatem hyſtoriarum. modos tropicarum locutionum. ſignificationem rerum myſticarum. utilitatem omnium diſciplinarum. honeſtatem uitę in probitate morum. elegantiam in prolatione ſermonum. diſcretionem in exhibitione dogmatū. differentiam medicaminum. contra uarietatē egritudinū. Hęc ergo qui neſcit. non dico aliorum. ſed nec ſuam bene poteſt diſponere utilitatem. ac ideo neceſſe eſt. vt futurus populi rector dum uacat. paret ſibi ante arma. in quibus poſtmodum hoſtes fortiter ſuperet. & gregem ſibi commiſſum oportune defendat. Turpe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt enim tunc primum quemlibet uelle diſcere. dum debet (paſtor coſtitutus) docere. & periculoſum eſt eũ magiſterij pondus ſubire. qui non ſcientię prętidio ſuffultus. potens eſt illud ſufferre. Nulla ars doceri pręſumat. niſi prius intẽta meditatiõe diſcat. Ab imperitis ergo paſtorale magiſteriũ qua temeritate ſuſcipitur? quando ars eſt artium. regimen animarum. Quis autẽ cogitationum uulnera. occultiora eſſe neſciat uulneribus uiſcerum? Et tamen ſepe qui neq̃quam ſpiritualia precepta cognouerunt. cordis ſe medicos profiteri nõ metuunt. dum qui pigmẽtorum uim neſciunt. uideri medici carnis erubeſcunt. Nam ſunt nõnulli. qui intra ſanctam eccleſiam ſola ambitione honoris culmẽ appetunt. atq; atteſtãte ueritate prĩas ſalutationes in foro. primos in cęnis recubitos. primas in conuentionibus cathedras quęrunt. qui ſuſceptum curę paſtoralis officium miniſtrare digne tanto magis nequeunt. quanto ad humilitatis magiſterium ex ſola elatione ꝑuenerũt. Quos contra dominus ꝑ prophętam q̃ꝗrit dicẽs. Ipſi regnauerunt et non ex me. principes extiterũt & ego ignoraui. Ex ſe namq; et nõ ex arbitrio ſummi rectoris regnant. qui nullis fulti uirtutibus nequaquam diuinitus uocati. ſed ſua cupidine accenſi. culmen regiminis rapiunt plus quam aſſequuntur. quos tamen internus iudex prouehit. et neſcit. quia quos ꝑmittẽdo tolerat. profecto per iudicium reprobationis ignorat. Paſtorũ ergo imperitia uoce ueritatis increpatur. cum per prophętam dicitur. Ipſi paſtores ignorauerũt intelligẽtiã. tenẽtes legem neſcierũt me. Neſcire ergo ſe ab eis q̃rit ueritas. & neſcirę ſe prĩcipatũ neſciẽtiũ ꝓteſtat. qa ꝓfecto hij q ea q̃ ſũt dñi neſciũt. a dño neſciũt. Paulo atteſtãte q ait. Si quis autẽ ignorat. ignorabit. Quę nimirũ paſtorũ ſępe imperitia meritis cõgruit ſubiectorum. q quamuis lumẽ ſciẽtię ſua culpa exigente non habeãt. diſtricto tñ iuditio agit. ut ꝑ eorũ ignorãtiã hij et iã qui

ſequuntur offendãt. Hinc nãq; in euangelio per ſemet ipſam ueritas dicit. Si cecus ceco ducatum preſtet ãbo in foueam cadunt. Et ſunt nonnulli qui ſolerti cura ſpiritalia precepta perſcrutantur. ſed que intelligẽdo penetrãt. uiuendo conculcant. rep ente docent que non opere ſed meditatione didicerunt. & quod uerbis predicãt. moribus impugnãt. Vnde fit ut cum paſtor per abrupta graditur. ad precipicium grex ſequat̃. Hinc namq; per prophetam dominus contra contemptibilẽ paſtorum ſententiam queritur dicens. Cum ipſi limpidiſſimam aquam biberetis. reliquam pedibus ueſtris turbabatis. & oues mee q̃ conculcata pedibus ueſtris fuerant paſcebantur. & que pedes ueſtri turbauerunt hec bibebant. Aquam quippe limpidiſſimam paſtores bibunt. cum flueta ueritatis recte intelligẽtes hauriũt. ſed eandem aquam pedibus turbare. eſt ſancte meditatiõis ſtudia male uiuẽdo corrũpere. Aquam ſcilicet eorum pedibus turbatã oues bibũt. cum ſubiecti qq; nõ ſectãtur uerba que audiũt. ſed ea ſola que cõſpiciũt exempla prauitatis imitãtur. Hic rurſus dñs ꝑ prophetam dicit. Facti ſunt dñi Iſrahel ĩ offẽdiculũ iniquitatis. Nemo quippe amplius in eccleſia nocet. quam qui peruerſe agẽs nomẽ uel ordinem ſanctitatis habet. Refugerẽt autem indigni quiq; tãti reatus põdera. ſi ueritatis ſentẽtiam ſollicita cordis aure penſarent qui ait. Qui ſcandaliſauerit unum de puſillis iſtis. melius erat ei ut ligaretur mola aſinaria in collo eius. & proiceret̃ in profundum maris. Per molã quippe aſinariã. ſecularis uite circuitus & labor exprimitur. & profundum maris. extrema dãpnatio deſignatur. Qui ergo ſctitatis ſpecie deductus. uel uerbo. uel exemplo ceteros deſtruit. melius profecto fuerat ut hũc ad mortem ſub exteriori habitu terrena acta conſtringerẽt. quã hunc ſacra officia in culpa ceteris imitabilem demonſtrarẽt.

quia nimirum ſi ſolus caderet. ut cumq̧ hunc tolera-
bilior inferna pœna cruciaret. Sed quia utrũq̧ neceſſe
eſt ut bonam uitam ſapientia illuſtret. & ſapiẽtiam bo-
na uita commẽdet. utrũq̧ in hoc libro (ſi dominus an-
nuerit) digerĩus. ideſt ut ſciãt hij qui ĩ ſacris ordinibus
eccleſię. aut iam domino deſeruiunt. aut deſeruituri
erunt. quantę eruditionis eis opus ſit in anĩo. & quam
ſobrię uitę exemplo. quantęq̧ uirtutis & diſcretionis
in docendo. ut nec diſcordet uita prudentię. neq̧ ſer-
mo diſſentiat diſciplinę.

DE EMINENTIA SACRARVM SCRIPTVRA-RVM ET AD QVID OMNIS SCIENTIA REFERENDA SIT. Ca. II.

f Vndãmẽtum autem. ſtatus et perfectio prudẽ
tię. ſcientia eſt ſanctarũ ſcripturarum. quę ab
illa incommutabili ęternaq̧ ſapientia profluẽs.
quę ex ore altiſſimi prodiit. primo genita ſcilicet omnẽ
creaturam ſpiritũſſancti diſtributionibus per uaſa ſcri
pturę lumen indeficiens. quaſi per laternas orbi lucet
vniuerſo. ac ſi quid aliud eſt. quod ſapientię nomine
rite cenſeri poſſit. ab uno eccleſięq̧ ſapientię fonte de-
riuatum. ad eius reſpectat originem. Quidquid enim
veri a quocumq̧ reperitur. a ueritate uerum eſſe per
ipſam ueritatem dinoſcitur. & quidquid ubiq̧ boni in
uenitur. a bonitate bonum eſſe deprehenditur. ſic &
quicquid ſapientię a quoquam inueſtigatur. a ſapiẽtia
ſapiens eſſe intelligitur. Nec enim illa quę in libris pru
dentium huius ſeculi. uera & ſapientia reperiunt. alij
quam ueritati et ſapientię attribuenda ſunt. quia non
ab illis hęc primum ſtatuta ſunt. in quorum dictis hęc
leguntur. ſed ab ęterno manentia inueſtigata ſunt. quã
tum ipſa doctrix & illuminatrix omnium ueritas. & ſa
pientia eis inueſtigare poſſe conceſſit. ac ideo ad unũ
terminũ cuncta referenda ſunt. & quę in libris gentiliũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vtilia. & quę in ſcripturis ſacris ſalubria inueniuntur. vt ad cognitionem perfectam veritatis et ſapiẽtię perueniamus. qua cernitur et tenetur ſummum bonum. Summo autem bono aſſecuto & adepto. vere beatus quiſq; fit. cum ſumma ſapientia plene & perfecte in ęternum perfruitur. quia ſine hac ſapientia nemo fieri beatus poteſt. ſicut ipſa veritas & ſapientia Chriſtus ad patrem loquens teſtatur. Hęc eſt autẽ inquit vita ęterna. vt cognoſcant te ſolum verum deum. & quem miſiſti Hieſum Chriſtum. Conſequenter autem hic intelligit ſpiritusſanctus. qui eſt patris filijq; tanq; charitas conſubſtãtialis amborũ. Tũc ergo cognitio dei erit pfctã. quando mors erit nulla. tunc et beatitudo erit plena. quando dei clarificatio erit ſumma. Sed prius hic q̃dãmodo clarificatur deus. dum per fidem credentium. et ſanctarum ſcripturarum manifeſtatõnem in tota mũdi latitudine prędicatur. nunc enim uidemus eũ per ſpeculum in ęnigmate. tunc autem facie ad faciem. nunc cognoſcimus ex parte. tunc autem cognoſcemus ſicut & cogniti ſumus.

QVIBVS OBSCVRITATIBVS SCRIPTVRA SACRA SIT INVOLVTA. ET QVOD EAM TEMERE ALICVI LEGERE NON LICEAT. Ca. III.

i Gitur ſcriptura diuina. qua tãtis morbis humanarum voluntatum ſubuenitur. ab vna lingua perfecta. qua oportune potuit per orbẽ terrarũ diſſeminari. per varias interpretũ linguas longe lateq; diffuſa eſt. vt innoteſceret gentibus ad ſalutem. Quam legentes nihil appetunt aliud. quam cogitationes voluntatemq; illorum a quibus conſcripta eſt inuenire. & per illas volũtatem dei ſecundũ quam tales homies locutos credimus. Sed multis et multiplicibus obſcuritatibus & ambiguitatibus decipiũt. qui temere legũt.

aliud pro alio ſentientes.quibuſdam autem locis quid vel falſo ſuſpicentur. cum non inueniunt.ita obſcure dicta quędam.denſiſſimam caliginem obducũt.Quod totum prouiſum eſſe diuinitus non dubito.ad edomã-dam labore ſuperbiam.& intellectum a faſtidio reno-uandum.cui facile inueſtigata plerumq; vileſcũt.Sunt enim in diuinis libris pluria loca tropicis locutionibus difficilia. ſunt quoq; multa rerũ magnitudine eximia. atq; ideo neceſſe eſt. vt & ſenſus & ingenij ſagacitate inueſtigentur.& pro ſui dignitate intellecta venerenť. Nemo enim ambigit per ſimilitudines libentius quęq; cognoſci.& cum aliqua difficultate queſita multo gratius inueniri. Qui enim prorſus non inueniunt quod quęrunt.fame laborant. qui autem non quęrũt.quia in promptu habent.faſtidioſe permarceſcũt. In vtroq; autem languor cauendus eſt.Magnifice ergo et ſalubriter ſpiritusſanctus ita ſcripturas ſanctas medicauit. vt locis apertioribus fami occurreret. obſcurioribus autem faſtidia detegeret.Nihil autem fere de illis obſcuritatibus eruiť.q̊d nõ planiſſime dictũ alibi repiať.

DE GRADIBVS SAPIENTIAE ET CHARITATIS. Ca. IIII.

Nte omnia enim opus eſt ei qui deſiderat ad ſa
a pientię peruenire culmen.dei timore cõuerti. ad cognoſcendum eius volũtatem. quid nobis appetendum fugiẽdumq; pręcipiat.Timor autem iſte cogitationem de noſtra mortalitate et de futura morte neceſſe eſt incutiat.et quaſi clauatis carnibus .omnes ſuperbię motus ligno crucis affigat.Deinde miteſcere opus eſt pietate.neq; cõtradicere diuinę ſcripturę.ſiue ĩtellectę ſi aliq̃ uicia nr̃a ꝑcutit.ſiue nõ ĩtellectę q̃ſi nos melius ſaꝑe meliuſq; ꝑcipꝑe poſſimus.ſed cogitare potius et credere id eſſe melius et uerius q̊d ibi ſcriptũ eſt etiã ſi lateat.q̃ id q̊d nos ꝑ noſipos ſaꝑe poſſumus.Poſt

iſtos duos gradus timoris atqꝫ pietatis.ad terciū uenit
ſcientiȩ gradum.de quo nunc agere conſtitui. Nam in
eo ſe exercet omnis diuinarum ſcripturarū ſtudioſus.
nihil in eis aliud inuenitur uſquā diligendum eſſe deū
propter deum. & proximum propter deum. & illum
quidem ex toto corde. ex tota anima. ex tota mente.
proximum uero tanqꝫ ſeipſum.ideſt ut iā proximi dile
ctio.ſicut &iam noſtri referatur in deū. Quiſqꝫ ergo
ſcripturas ſacras uel quamlibet partem earum intel⸗
lexiſſe ſibi uidetur. ita ut eo intellectu non ȩdificet
iſtam geminam charitatem dei et proximi. non dum
intellexit quemadmodum oportebat eum ſcire. Itaqꝫ
tria hȩc ſunt.quibus & ſcientia omnis et prophȩtia mi
litat.fides.ſpes.charitas.ſed fidei ſuçcedit ſpes. & ſpei
ſuccedit beatitudo.charitas autem etiam iſtis deceden
tibus augebitur potius.Cum ergo quattuor diligēda
ſunt.unum quod ſuper nos ideſt deus. alterum quod
nos ſumus ideſt anima ad imaginem dei creata. terciū
quod iuxta nos eſt ideſt alter homo.quartum quod in
fra nos ideſt corpus.de ſecūdo et quarto nulla p̄cepta
danda erant.Quantumlibet enim homo excidat a cha
ritate.remanet illi tamen dilectio ſui et dilectio corpo⸗
ris ſui.reſtabat ut de illo quod ſupra nos eſt. & de illo
quod iuxta nos eſt prȩcepta ſumeremus. Diliges inqt
dominum deum tuum ex toto corde tuo.et reliq̄. Oīs
quippe homo in quantum homo eſt. diligendus eſt
propter deum.deus uero propter ſe ipſum. Amplius
quiſqꝫ deum debet diligere quā ſeipſum. itē amplius
alius homo diligēdus eſt quam corpus noſtrum. quia
propter deum omnia iſta diligenda ſunt. & poteſt no⸗
biſcum alius homo deo perfrui.quod non poteſt cor⸗
pus.quia corpus per animam uiuit qua fruimur deo.
Omnes autem homines ȩque diligendi ſunt. ſed cum
om̄ibus prodeſſe nō poſſimus.his potiſſimū cōſulēdū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt qui locorũ et temporũ uel quarũlibet rerũ oportunitatibus conſtrictius nobis q̃ſi quadã ſorte iungunt. Velle tamen debemus. ut omnes homines nobiſcum diligãt. & totum quod eos vel adiuuamus vel adiuuamur ab eis. ad vnum illum finem referendum eſt. Iure enim continuatur ſcientię charitas. quia ſolummodo ſcientię fructus in charitate conſiſtit. Scientia(ait apl's) inflat. charitas vero ędificat. Si ergo appetendum eſt quod inflat. multo magis quod ędificat. vt cũ ſcimus volũtatē dei. diligamus obedire deo. vt perueniamus ad deum. Nam iſta ſcientia bonę ſpei. hominem ſe non iactantē ſed lamentantē facit. quo affectu impetrat ſedulis pręcibus conſolationē diuini adiutorij. ne deſpatione frangatur. & eſſe incipit in quarto gradu hoc ē fortitudinis. Quęrit & ſititur iuſticia. hoc enī affectu ab omni mortifera iocunditate rerũ tranſeuntiũ ſępe extrahit. & inde ſe auertēs. conuertit ad dilectionem ęternorũ. immutabilē ſcilicet vnitatē. eãdēq; trinitatē. quã ibi aſpexerit quantũ poteſt in lõginquo radiantē. ſuiq; aſpectus infirmitate ſuſtinere ſe illam lucem non poſſe perſenſerit. in quinto gradu. hoc eſt in conſilio miſericordię purgat animam tumultuantē quodãmõ. atq; obſtrepentem ſibi de appetitu inferiorum conceptis ſordibus. Hic uero ſe in dilectione proximi non ignauiter exercet. in eaq; perficitur. & ſpe iam plenus atq; integer uiribus cum peruenerit uſq; ad amici dilectionem. aſcendit in ſextum gradum. vbi iam ipſum oculum purgat. quo videri deus poteſt ab eis. qui hoc ſęculo moriuntur. nam intantum uident. in quantum moriuntur huic ſęculo. in quantum autem huic viuũt non vident. & ideo quamuis iam certior. & non ſolum tolerabilior. ſed etiam iocundior ſpecies lucis illius incipit apparere. In ęnigmate adhuc tamen. & per ſpeculum videri dicitur. quia magis per fidem quam per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpeciem ambulatur. cum in hac uita peregrinamur. quamuis conuerſatione̅ habeamus in cęlis. In hoc au̅t gradu ita purgat oculum cordis. vt ueritati nec ſeip̄m quidem pręferat. ut cōferat proximū. ergo nec ſeip̄m. quia nec illum que̅ diligit ſicut ſeipſum. Erit ergo iſte ſanctus tam ſimplici corde atq; mūdato. ut neq; homi= nibus placendi ſtudio detorqueatur a uero. nec reſpe= ctu deuitandorū quorūlibet incōmodorum ſuorū quę aduerſantur huic uitę. Talis filius ad ſapientiā aſcēdit. quę vltima et ſeptima eſt. qua pacat̄ tranquilluſq; per= fruitur. Initium enim ſapiētię timor domini. ab illo eni̅ vſq; ad ipſam. per hos gradus aſcenditur et venitur.

QVOD IS QVI AD SAPIENTIAE INTEGRITATEM PERVENIT. AD CHARITATIS PERFECTIONEM PERVENIAT. Ca. V.

q Vicumq; igitur ad ſapientię culmen peruenit. ad faſtigium charitatis perueniat neceſſe eſt. quia nemo p̄fecte ſapit. niſi is qui recte diligit. Quando enim quis per gradus ſupra dictos ad ſapien tię plenitudinem ſtudet peruenire. nihil aliud agit. niſi vt ad perfectionem charitatis perueniat. et quantum perficit in ſapientia. tantū in charitate. Prędiximus eni̅ quod in cogitatione perfecta ſapientię beatitudo uera cōſiſteret. hoc idem dicimus et de charitate. quia in di lectione perfecta charitatis. beatitudo ſumma cōſiſtit. Nam creator omnium deus. qui beatitudo noſtra eſt. vtrorumq; nomine ęqualiter nūcupatur. ſicut in libro ſapientię de eo ſcriptum eſt. omnium inquit artifex do cuit me ſapientia. Eſt enim illa ſpiritus intellectus. ſan= ctus vnicus. et reliqua. Et apl's Ioannes. Deus inquit charitas eſt. & qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. Nam ſaluator in euangelio ſapientiam &

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

charitatem unum eſſe intelligi uolẽs.ad patrem dixit. Pater iuſte mundus te non cognouit.ego autem te cognoui.& hij cognouerũt quia tu me miſiſti. & notum feci eis nomen tuum.et notum faciam.ut dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit. et ego in ipſis. Quiſquis ergo percipit plęnam noticiã dei.ſimul habet in ſe perfectã dilectionem dei.& his ambobus fruens. ęternam beatitudinem adepto ſummo bono tenebit.

DE MODO LEGENDI SACRAS SCRIPTVRAS. Ca. VI.

s Ed nos his ita pręlibatis.ad tertium illum gradum ideſt ſcientiam.conſideratõnem referãus. de quo diſſerere quod dominus ſuggeſſerit atq; tractare inſtituimus. Erit igitur diuinarũ ſcripturarum ſolertiſſimus indagator qui primo totas legerit.notaſq; habuerit.& ſi non dum intellectu. iam tamen lectione.dumtaxat eas quę appellantur canonicę.nam cęteras ſecurus legat.fide ueritatis inſtructus. ne pręoccupent inbecillum animum.et periculoſis mẽdaciis atq; fantaſmatibus eludentes.pręiudicent aliqd ſanam intelligentiam. In canonicis autem ſcripturis eccleſiarum catholicarum quam plurimũ authoritatẽ ſequatur.inter quas ſane ille ſunt. q̃ apoſtolicas ſedes habere.& epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis canonicis.ut eas quę ab omnibus accipiuntur eccleſiis catholicis.pręponat eis quas quidam non accipiunt.in eis uero quę non accipiũtur ab omnibus. pręponat eas quas plures grauioreſq; accipiunt.eis q̃s paucioris minoriſq; authoritatis eccleſię tenẽt. Si autem alias inuenerit a pluribus alias a grauioribus haberi.quãquã hoc inuenire nõ poſſit. ęq̃lis tñ authoritas eas habẽdatis puto.totus aũt canõ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcripturarum in quo iſtam conſiderationem verſandā dicimus. his libris continetur. ut breuiter dicā. ueteris teſtamēti. xlv. noui autem xxvii. qui ſunt lxxii. Quorū omnium nomina & ſeriem. & authoritatē quia in ſuperiori libro quantum potui deſcripſi non neceſſe credimus iterare.

DE CANONE HEBRAEORVM. QVOMODO APVD EOS TRIPERTITVS EST ORDO DIVINARVM SCRIPTVRARVM. Ca. VII.

n Otandum tamen quod hebręi uetus teſtamentum Heſdra authore iuxta numerum litterarū ſuarum in xxii. libros accipiunt. diuidētes eos in tres ordines. legis ſcilicet. prophętarū. & agiographorū. Primus ordo legis in quinq; libris accipit̄. q̄rū primus eſt Breſith. qui eſt Geneſis. Secundus Eleſmot qui eſt Exodus. Tercius Vagecra. qui eſt Leuiticus. Quartus Vagetabanin. qui eſt Numerus. Quintus Eleadabarim. quod eſt Deutronomiū. Hij ſunt quinq; libri Moyſi. quos hebręi Thorath. latini legē appellāt. proprie autē lex appellatur. quę per Moyſen data eſt. Secundus ordo prophętarū. in q̄ continent̄ libri octo. quorū primus Ioſuę bennun. qui latine Hieſu naue dicitur. Secūdus Soptun qui eſt Iudicū. Tercius Samuel qui eſt Regū primus. Quartus Malachim. qui eſt regū ſecūdus. Quītus Eſaias. Sextus Hieremias. Septimus Eçechiel. Octauus Tariſtra qui dicit̄ duodecī ꝓphętarū. q libri quia ſibi ꝓ paruitate adiūcti ſunt ꝓ vno accipiunt̄. Tercius eſt ordo Agiographorꝫ. i. ſctā ſcribentiū. in q̄ ſunt libri nouē. q̄rū primus Iob. ſcd's Pſalteriū. qui in quīq; inciſionibus diuiditur. Tercius Maſioth. quod eſt Prouerbia Salomonis. quartus Cœleth q eſt Eccleſiaſticus. quītus Syraſirin q̄d eſt Cātica cāticorū. ſextus Daniel. ſeptimus Debreiamin. q̄d eſt uerba dierū. ideſt Paralipomenō. octauus Eſdras. nonus eſt Heſter. q ſimul oēs v. et viii. et ix. fiunt xxii. ſicut ſuperius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt comprehenſi. Quidam autem Ruth & Cinoth q̄d latine dicit̄ lamentatio Hieremię. Agiographis adiciūt & viginti quattuor uolmina ueteris teſtamēti faciunt. iuxta xxiiii. ſeniores. qui ante conſpectum dei aſſiſtūt. Iſti ſunt libri qui apud Hębreos canonicam authoritatem habent. Quartus eſt apud nos ordo ueteris teſtamēti eorum librorum qui in canone hebraico nō ſunt. quorum primus Sapientię liber eſt. ſecundus Eccleſiaſticus. tercius Tobię. quartus Iudith. quītus et ſextus Machabeorum. q̄s licet Iudęi inter apocrifa ſeparent. eccleſia tamen Chriſti. inter diuinos libros honorat & prędicat. In nouo autem teſtamento duo ſunt ordines. primus euāgelicus. in quo ſūt Matthęus. Marcus. Lucas. Ioannes. ſecundus apoſtolicus in quo ſunt epiſtolę apoſtolorum Petri. Iacobi. Ioannis. Iudę & Pauli. & liber actus apoſtolorum. et Apocalipſis. In his omībus libris timentes deum & pietate manſueti quęrunt uoluntatem dei. cuius operis et laboris prima obſeruatio eſt. ut diximus noſſe iſtos libros. & ſi non dum ad intellectum. legendo tamen uel mandare memorię. uel omnino incognitos nō habere. Deinde illa quę in eis apte poſita ſunt. uel pręcepta uiuendi. uel regulę credendi. ſolentius diligentiusq; inueſtiganda ſunt. quę tanto quiſq; plura inuenit. quanto eſt intelligentia capatior. In his enim quę aperte in ſcripturis poſita ſunt. iueniūtur illa omnia quę cōtinent fidem. mores uiuēdi. ſpem ſcilicet atq; charitatem. cum uero facta quidam familiaritate cum ipſa lingua diuinarum ſcripturarum. in ea quę obſcura ſunt aperienda et diſcutienda pergēdū eſt. ut ad obſcuriores locutiones illuſtrandas. de manifeſtioribus ſumantur exempla. & quędam certarum ſententiarum teſtimonia. dubitationem certis auferāt. in qua re memoria ualet plurimum. quę ſi defuerit. nō poteſt his pręceptis dari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VNDE SIT QVOD NON INTELLIGVNTVR QVAE SCRIPTA SVNT. Ca. VIII.

d Vabus autem cauſis nō intelligunt̄ quę ſcripta
ſunt.ſi aut ignotis aut ābiguis ſignis obtegūt̄.
Sunt autem ſigna propria vel trāſlata.propria
dicuntur.cum his rebus ſignificandis adhibent̄.propt̄
quas ſunt inſtituta.ſicut dicimus bouē cū intelligimus
pecus.quod omnes nobiſcum latinę linguę homines
hoc nomine vocāt.tranſlata ſunt.cum et ipſę res quas
propriis uerbis ſignificamus.ad aliqd aliud ſignifican
dum uſurpātur.ſicut dicimus bouem. et per has duas
ſillabas intelligimus pecus.quod iſto nomīe appellari
ſolet euangeliſtam quem ſignificauit ſcriptura. inter-
pretante apoſtolo & dicente.Bouem triturantem non
infrenabis. Ad propria autem ſigna pertinent verba
quę prorſus inter homines obtinuerūt principatum
ſignificandi.quocumq; animo concipiūtur.ſi ea quiſq;
ꝓdere velit. Sed quia uerberato aere ſtatim tranſeunt.
nec diutius manent quam ſonant.inſtituta ſunt per lit-
teras ſigna verborum.& ita voces oculis oſtenduntur
non per ſeipſas.ſed per ſigna quędā ſua.Iſta ſigna ergo
non potuerūt communia eſſe omnibus gentibus.pec-
cato quodam diſſenſionis humanę.cū ad ſe quiſq; prin
cipatū rapit.cuius ſuperbię ſignū eſt erecta illa turris
in cęlum.vbi homines impij nō ſolum animos.ſed etiā
voces diſſonas habere meruerunt. Sed gratia dei miſe
ricorditer prouiſum eſt.vt ſcriptura diuina quę in prīa
illa lingua.qua homines primi locuti ſunt primitus cō-
ſcripta eſt.ab ipſa ꝑ uaria interpretū officia ad noticiā
hominū differret̄. ne humana miſeria fame verbi dei
deficiens.ſine remedio in ęternum periret. ſeruato tn̄
ordine.qu em maxime canon inuenit harum ſcriptu-
rarum illis tribus linguis quę in cruce redemptoris &
ſaluatoris noſtri dedicatę ſunt.hebrea uidelicet. gręca

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& latina. ad inſinuãdam ſanctę trinitatis fidẽ. in tribus mundi partibus tripertito humano generi principalit̃ commendari. vt ex his vna quęqꝫ gens & natio ꝓprię linguę adminiculo. ĩtellectum ſibi ſalubrẽ attraheret. interpretando ac colloquendo ſenſum eundẽ canõicũ ꝓpriis ꝟbis. Sed quia p̄dixĩus q̊d aut in ignotis ſignis aut in ambiguis h ęreret intellectus. vt non facile intelligerẽtur quę ſcripta ſunt. de ambiguis ſignis poſt loquemur. nunc de incognitis agimus. Agere enim decreuimus. vt ſi dominus uellet quęcumqꝫ in prędictis duobus ſignis neceſſaria eſſent ad diſcendum nobis. diſtributo ordine modoqꝫ diſpoſito quantũ poſſemus conſcriberemus. vnde oportebat vt de ignotis ꝓpriis ſignis poſt egeremus. in quibus radix et initiũ diſcẽdi conſiſtit. Deinde de ignotis tranſlatis. in quibus ſubtilitas et utilitas lectionis habetur. poſtea vero de ambiguis ſignis propriis atqꝫ tranſlatis. quibus ad purum elicitis. & ſecundum ueritatem inuentis. firmitas & integritas lectionis generatur.

DE IGNOTIS SIGNIS. Ca. IX.

i Gnotorum autem ſignorum duę formę ſunt. quantum ad verba pertinet. namqꝫ aut ignotũ verbum facit h erere lectorem. aut ignota locutio. quę ſi ex aliis linguis ueniunt. aut querẽda ſunt ab earum linguarum hominibus aut lingua eadem. ſi aut ocium eſt aut ingenium ediſcendę. aut pluriũ interpretum conſulenda collatio. Si autem ipſius linguę noſtrę ideſt latinę aliqua verba locutioneſqꝫ ignorãus. legẽdi conſuetudine audiendiqꝫ innoteſcunt. Nulla ſane ſunt magis mãdanda mẽorię. quã illa uerborũ locutionũqꝫ genera q̄ ignoramus. ut cũ peritior occurrerit. de eo q̄ri poſſit. vel talis lectio q̄ uel p̄cedẽtibus uel cõſequẽtibus uelocius oſtẽdat quã vim habeat. quidqꝫ ſignificet q̊d ignoramus. facile adiuuãte memoria poſſimus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aduertere et diſcere. Debet autem ſtudere is qui propriorum ſignorum peritus eſſe vult. ideſt quãtum ad ad ſermones pertinet. ut & certam cognoſcat uim uerborum. et propriũ ſciat modũ locutionũ. q̃d a grammaticis & rhetoribus nõ mediocrit̃ diſcere (q̃ uult) ualet.

DE TRANSLATIS IGNOTIS. Ca. X.

In tranſlatis ṽo ſignis ſi qua forte ignota cogũt herere lector em. partim linguarum noticia partim rerum inueſtiganda ſunt. aliquid enim ad ſimilitudinem ualet. & procul dubio ſecretũ quiddam ĩſinuat. Siloa piſcina ubi faciem lauare iuſſus eſt cui oculos dominus luto de ſputo facto inunxerat. q̃d tamen nomen lingue incognite niſi euangeliſta interpretatus eſſet. tamẽ magnus intellectus lateret. ſic etiã multa que ab authoribus eorundem librorum interp̃tata non ſunt nomina hebrea. nõ eſt dubitandũ habere non paruam uim atq; adiutoriũ ad ſoluenda enigmata ſcripturarum. ſi quis ea Poſſit interpretari. Quod non nulli eiuſdem lingue periti uiri non ſane paruũ beneficium poſteris contulerunt. qui ſeparata de ſcripturis eadem omnia uerba ĩterpretati ſunt. & quid ſit Adam quid Eua. quid Abraham. quid Moyſes. ſiue etiã locorum nomĩa. quid ſit Hieruſalem uel Syon. uel Iericho uel Libanus. uel Iordanis. & quecũq; alia in illa nobis ſunt incognita nomina. quibus apertis & interp̃tatis. multe in ſcripturis figurate locutiones. cum ignorãus uel animarum uel lapidum uel herbarũ naturas aliarumue rerum. que plerumq; in ſcripturis ſimilitudinis alicuius gracia ponuntur. Nam & de ſerpente quod notum eſt totum corpus eum pro capite obicere feriẽtibus quantum illuſtrat ſenſum illum. quod dominus iubet aſtutos nos eſſe ſicut ſerpentes. ut ſcilicet pro capite nr̃o q̃d eſt Chriſtus. corpus potius perſequẽtibus

offeramus. ne fides chriſtiana tãq̃ necetur in nobis. ſi parçentes corpori negemus deum. Vel illud quod per cauernę anguſtias coartatus. depoſita ueteri tunica. ueſtes nouas accipere dicitur. quantum concinit ad imitandam ipſam ſerpentis aſtutiam. exuendumq́; veterem hominem ſicut apoſtolus dicit. ut induamur nouo. & exeundum per anguſtias dicente dño. intrate per anguſtam portam. Vt ergo noticia naturę ſerpẽtis illuſtrat multas ſimilitudines. quos de hoc animante ſcriptura dare conſueuit. ſic ignorantia nonnullorum animalium. quę non minus per ſimilitudines cõmemorat̃. impedit plurimum intellectorem. ſic lapidum. ſic herbarum. uel quęq́; tenentur radicibus. Nam et Carbunculi noticia quod lucet in tenebris. multa illumĩat. etiam obſcura librorum. ubicũq́; propter ſimilitudinẽ ponitur. & ignorantia Berilli. uel adamantis. claudit plerumq́; intelligentię fores. nec aliã ob cauſam facile eſt intelligere. pacem perpetuã ſignificari oliuę ramulo. quem rediens ad arcam columba pertulit. niſi quia nouimus & olei lenem contactum. non facile alieno humore corrumpi. & arborem ipſam frondere perenniter. Multi autem per ignorantiam yſopi dum neſciũt quam uim habeat. uel ad purgandum pulmonem. uel dicitur ad ſaxa radicibus penetrãda. cum ſit herba breuis atq́; humilis. omnino inuenire nõ poſſunt dictum. Aſperges me yſopo & mundabor. Numerorum etiam imperitia. & muſicarum rerũ ignorantię. multa faciũt non intelligi. tranſlate ac muſice poſita in ſcripturis. de quibus quando de ſingulis diſciplinis diſputabimus. apertius ediſſeremus. de ambiguis nunc dicturi.

DE AMBIGVIS SIGNIS QVOMODO CONSTANT. Ca. XI.

a Mbiguitas autem ſcripturę aut in ṽbis ꝓpriis eſt. aut in tranſlatis. ſed cũ uerba propria faciũt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ambiguam ſcripturam.primo videndum eſt. ne male
diſtixerimus aut pronũciauerimus.Cum ergo adhibi
ta intentio incertum eſſe prouiderit.quomodo diſtin=
guendum aut quomodo pronunciandũ ſit. conſulat
regula fidei.quam de ſcripturarum planioribus locis
& eccleſię authoritate percepit.Quod ſi ambę uel etiã
omnes ſi plures fuerint partes ambiguitatis. ſecundũ
fidem ſonuerint.textus ipſe ſermonis a pręcedentibus
& conſequentibus partibus. quę ambiguitatem illam
in medio poſuerunt reſtat conſulendus. ut videamus
cui nam ſententię de pluribus quę ſe oſtendunt ferat
ſuffragium.eamq; ſibi cõtexi patiatur.Iam nũc exẽpla
conſidera.illa hęretica diſtinctio.In principio erat ver=
bum.& uerbum erat apud deum.& deus erat verbũ.
vt alius ſit ſenſus.verbum erat hoc in principio apud
deum.non vult uerbum deum cõfiteri.ſed hoc regula
fidei refellẽdum eſt.qua nobis de trinitatis ęqualitate
pręſcribitur.ut dicamus.& deus erat uerbum.Deinde
ſubiungamus.hoc erat in principio apud deũ.Illa uero
diſtinctionis ambiguitas.neutra parte reſiſtit fidei.&
ideo textu ipſo ſermonis diiudicanda eſt. ubi ait apl's.
Et quid eligam ignoro. compellor autem ex duobus
concupiſcentiam habens diſſolui.& cum Chriſto eſſe.
multo enim magis optimum manere in carne neceſſa=
rium propter uos. Incertum enim utrum ex duobus
concupiſcentiã habens.an cõpellor autẽ ex duobus ut
illud adiũgať cõcupiſcentiã habẽs diſſolui.et eſſe cum
Chriſto.ſed q̃m ita ſequiť. multo enĩ optimũ. apparet
eũ eius optimi dicere ſe habere cõcupiſcentiam. ut cũ
ex duabus cõpellať. alterius tñ habeat cõcupiſcentiã.
alterius neceſſitatẽ.cõcupiſcentiã ſcilicet eſſe cũ Chri=
ſto.neceſſitatẽ manere in carne. Quę ambiguitas uno
conſequenti uerbo diiudicať q̃d poſitũ eſt enĩ. Quam
particulã quia abſtulerũt interp̃tes.illa potius ſentẽtia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ducti ſunt. ut nō ſolum compelli ex duobus. ſed etiam duorum habere concupiſcentiam uideretur. Sic ergo diſtinguendū eſt. & quid eligā ignoro. Cōpellor autē ex duobus. quam dictōnē ſequit̄. cōcupiſcentiā habēs diſſolui & eſſe cū Chriſto. & tanq̄ q̄rer et̄. quare huius rei potius habeat concupiſcentiam ? multo enī magis optimū inquit. Cur autē e duobus compellit̄? quia manendi eſt neceſſitas. quā ita ſubiecit. manere in carne neceſſarium propter uos. Vbi neq̄ ſcripto fidei. neq̄ ipſius ſermonis textu. ābiguitas explicari poteſt. nihil obeſt ſecundū quālibet earū quę oſtendunt̄ ſententiā diſtiguere curet. ueluti eſt illa ad Corīthios. Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi. mundemus ab omī coinquinatione carnis. & ſpiritus. perficientes ſanctificationē in timore dei. Dubiū eſt quippe. vtrū mūdēus nos ab omni coinquinatione carnis & ſpiritus. ſcd'm illam ſententiam. ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. an mūdemus ab omni coinquinatione carnis. ut alius ſit ſenſus. & ſpiritus. perficientes ſanctificationem in timore dei. Tales ergo diſtīctionū ambiguitates. in poteſtate legentis ſunt. Quęcūq̄ autem de ambiguis diſtinctionibus diximus. eadē obſeruanda ſunt et in ambiguis ꝓnunciatōnibus. quę ſi lectoris ꝑturbant̄ in curia. aut regulis fidei corrigunt̄. aut p̄cedentis vel cōſequentis cōtexiōe ſermonis. Quod ſi neutrū horū adhibetur ad correctionē. nihilominus dubię remanebūt. ut q̄libet modo lector ꝓnunciauerit. non ſit in culpa. Quali autē uoce pronunciet̄ illud quod Nathanael dixit. a Naçareth poteſt aliquid boni eſſe. ſiue affirmantis. ut illud ſolum ad interrogatōnē ꝑtineat quod ait. a Naçareth. ſiue totū cū dubitatione interrogātis. nō uideo q̄modo diſcernat̄. Vterq̄ autem ſenſus fidē nō impedit.

DE AMBIGVIS PROPRIIS. Ca. XII.

r Ariſſime ergo & difficillime inueẽiri poteſt ambiguitas in propriis uerbis. quantum ad libros diuinarum ſcripturarum ſpectat. quam nõ aut circumſtantia ipſa ſermonis qua cognoſcitur ſcriptoꝝ intentio. aut interpretum collatio. aut pręcedentis linguę ſoluat inſpectio. Nam quod ſcriptum eſt. Non eſt abſconditum os meum quod feciſti in abſcondito. non elucet legenti. utrum correpta littera os pronuntiet an producta. Si enim corripiat. ab eo quod ſũt oſſa. ſi aũt producat. ab eo quod ſunt ora. intelligitur numerus ſingularis. Sed talia lingue pręcedentis inſpectione diiudicantur. Nam in gręco nõ ςομα. ſed οςεον. poſitũ eſt. Item illud apoſtoli. Quę prędico uobis ſicut prędixi. quomodo qui talia agunt regnum dei no poſſidebũt. Si tantummodo dixiſſet. quę prędico uobis. neq; ſubiũxiſſet prędixi. dubium eſſet utrum in eo quod dixit prędico producenda an corripiẽda eſſet ſillaba media. nec autem manifeſtum eſt producendam eſſe. non enĩ ait ſicut prędicaui. ſed ſicut prędixi. Sed quia hęc raro (ut prędiximus) uerba inueniuntur. quę non facilem habeant ſolutionem. ad uerborum trãſlatorum ambiguitates ſtilum uertamus. quę non mediocrem curam induſtriamq; deſiderant. Nam in principio cauendum eſt. ne figuratam locutionem ad litteram accipias. Ad hoc enim pertinet q͛d ait apoſtolus. littera occidit. ſpiritus autem uiuificat. Nulla mors animę congruẽtius appellatur. quam cũ id etiam quod in ea beſtias antecellit. hoc eſt intelligentia carni ſubiicitur. ſequendo ſcilicet ſolam litteram. tranſlata uerba ſicut propria tenet. neq; illud quod proprio uerbo ſignificatur. refert ad aliam ſignificationem. Et ea eſt miſerabilis animę ſeruitus. ſigna pro rebus accipere. & ſupra creaturam corpoream. oculum mentis ad hauriendum ęternum lumen leuare non poſſe. Quę tamen ſeruitus in Iudęo

populo longe a cęterarũ gẽtium more diſtabat. quan-
doquidem rebus temporalibus ita ſubiugati erant. ut
vnus eis in omnibus cõmendaretur deus. Gentes autẽ
ſimulacra manufacta deos habebant. & ſi quando ali-
qui eorum illa tanꝗ̃ ſigna interpretari conaban tu r. ad
creaturam colẽdam venerãdãꝗ̃ referebãt. Sed ab hac
vtraꝗ̃ ſeruitute veniẽs Chriſtus ueritatis ſuę luce illu-
minans. omnes in ſe credentes veraciter liberauit.

MODVS INVENIENDI VTRVM LOCVTIO PROPRIA SIT AN TRANSLATA. Ca XIII.

h Vic autem obſeruatõni qua cauemus figuratã
locutionem ideſt trãſlatam quaſi propriã ſeq.
adiungenda etiam illa eſt. ne propriam quaſi
figuratam uelimus accipere. Demonſtrandus eſt igiť
proprius modus inueniendę locutionis. ꝓpria ne an
figurata ſit. & iſte omnino modus eſt. vt quidquid in
in ſermõe diuino atꝗ̃ ad morũ honeſtatẽ. neꝗ̃ ad fidei
veritatẽ ꝓprie referri poteſt. figuratũ eſſe cognoſcas.
Morum honeſtas ad diligendũ deũ & proximũ. fidei
veritas ad cognoſcendũ deum et proximnm pertinet.
ſpes autem ſua cuiꝗ̃ eſt in conſcientia propria. quẽad-
modũ ſe ſentit ad dilectionẽ dei & ꝓximi cognitionẽꝗ̃
proficere. Non enim percipit ſcriptura niſi charitatẽ.
nec culpat niſi cupiditatẽ. & eo modo informat mores
hominũ. Charitatem uoco motũ animi ad fruendum
deo propter ipſum. & ſe atꝗ̃ proximum propter deũ.
Cupiditatem autem motum animi ad fruendum ſe &
proximo. & quolibet corpore nõ propter deũ. Quod
autem agit indomita cupiditas ad corrumpendũ ani-
mum & corpus ſuum flagitium vocatur. quod autem
agit ut alteri noceat. facinus dicitur. Et hęc ſunt duo
genera omnium peccatorum. ſed flagitia priora ſunt.
quę cum exinaniuerint animũ. & ad quandã egeſtatẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perduxerint.in facinora proſilitur. quibus remoueãt
impedimenta flagitiorũ.ut adiumenta quęrantur.Itẽ
quod agit charitas.quod ſibi proſit.utilitas eſt. quod
autẽ agit ut proſit proximo . beneficentia nominatur.
Et hęc pręcedit utilitas. quia nemo poteſt ex eo quod
non habet prodeſſe alteri.Quanto autẽ magis regnũ
cupiditatis deſtruit . tãto charitatis augetur . Quidqd
ergo aſperum & quaſi ſeuum factu dictuq; in ſanctis
ſcripturis legitur.ex perſona dei uel ſanctorũ eius. ad
cupiditatis regnum deſtruẽdũ ualet. Quod ſi ꝑſpicue
ſonat.non eſt ad aliud referendũ. quaſi figurate dictũ
ſit.ſicuti eſt illud apoſtoli. Theſaurizaſti tibi inquit irã
in die irę et reuelatiõis iuſti iudicij dei.qui reddet uni-
cuiq; ſecundum opera ſua.& reliqua.Ergo in locutio-
nibus figuratis regula ſit huiuſmodi. ut tam diu ṽſet̃
diligentis cõſideratiõẽ quod legitur.donec ad regnũ
charitatis interpretatio perducatur. Si autem hoc iam
proprie ſonat.nulla putetur figurata locutio.Sed prę-
ceptiua locutio eſt. aut flagitiũ.aut facinus uetans. aut
vtilitatem aut beneficentiã iubens.non eſt figurata.Si
aũt flagitiũ aut facinus uidetur iubere. aut utilitatem
& beneficẽtiã uetare.figurata eſt. Niſi mãducaueritis
inquit carnem filij hominis.& ſanguinẽ eius biberitis.
non habebitis uitã in uobis.facinus uł flagiciũ uidetur
iubere.Figurata ergo eſt. pręcipiens paſſioni domini
eſſe cõmunicãdum.& ſuauiter atq; utiliter recolendũ
in memoria.quod pro nobis caro eius crucifixa et vul
nerata ſit. Ait ſcriptura.Si eſurierit inimicus tuus ciba
illum.ſi ſitit potũ da illi.Hic nullo dubitãte beneficẽtiã
precipit.ſed quod ſequitur.hoc enim faciẽs carbones
ignis congeres ſuper caput eius. maliuolentię facinus
putes iuberi.Ne igitur putaueris figurate dictũ. & cũ
poſſit dupliciter interpretari.vno modo ad nocẽdum.
altero ad pręſtandum.ad beneficentiam te potius cha

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ritas reuocet.ut intelligas carbones ignis eſſe. urẽtes pœnitẽtię gemitus.quibus ſuperbia ſanatur eius, qui dolet ſe inimicum fuiſſe hominis . a quo eius miſerię ſubuenitur.Item cum ait dominus.Qui amat animam ſuam perdat eam.non utilitatem uetare putandus eſt. qua debet quiſq; conſeruare animã ſuam.ſed figurate dictum.perdat animã ideſt perimat atq; amittat. uſum eius quem nũc habet.peruerſum ſcilicet atq; pręposte rum.quo inclinatur tẽporalibus ut ęterna nõ quęrat. Scriptum eſt.Da miſericordiam.& ne ſuſcipias pecca= torem.Poſterior pars huius ſententię uidetur uetare beneficentiam.Intelligas ergo figurate poſitum . pro peccato peccatorem.ut pctm̃ eius non ſuſcipias.

DE VARIA SIGNIFICATIONE VERBORVM. QVAE CONSTAT IN CONTRARIETATE ET DIVERSITATE. Ca. XIIII.

s Ed quomõ multis modis res ſimiles apparent. non putemus ita eſſe ſcriptum.ut quod in aliq̃ loco res aliqua per ſimilitudinẽ ſignificauerit. hoc eam ſemper ſignificare credamus.Nam & in uitu peratione poſuit fermentum dominus cum diceret. Cauete a fermento phariſęorum.& in laude.cum dice ret.Simile eſt regnum cęlorum mulieri. quę abſcõdit in tribus menſuris farinę. donec totum fermentaret. Huius igitur uarietatis obſeruatõ duas habet formas. ſic enim aliud atq; aliud res quę ſignificatur.ut aut con traria. aut diuerſa ſignificens.Contraria ſcilicet.cum alias in bono.alias in malo res eadem per ſimilitudinẽ ponitur.ſicut hoc eſt.quod de fermento ſup̃ diximus. Tale eſt etiã.quod leo ſignificat Chriſtũ. ubi dicitur. Vicit leo de tribu Iuda.ſignificat & diabolũ ubi ſcriptũ eſt.Aduerſarius ur̃ diabolus tãquã leo rugiẽs circuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quęrens quem deuoret. Serpens in bono. estote aſtuti vt ſerpentes. in malo aũt. ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua. In bono panis. Ego ſum panis viuus qui de cęlo deſcendi. in malo panis. panis occultus libenter editur. Sic & alia plurima. Et hęc quidem quę cõmemoraui. minime dubiã ſignificationem gerunt. quia exempli gratia. nõ niſi manifeſta cõmemorari debuerunt. Sunt autem. quę incertũ eſt in quam partem accipi debeãt. ſicut calix in manu domini vini meri plenus eſt mixto. incertum eſt enim vtrũ iram domini ſignificet nõ vſq; ad nouiſſimam pœnam. ideſt uſq; ad fecem. an potius gratiam ſcripturarũ a Iudęis ad gentem tranſeuntem. quia inclinauit ex hoc in hoc. remanentibus apud Iudęos obſeruationibus quas carnaliter ſapiũt. quia fex eius non eſt exinanita. Cum vero res eadẽ non in contraria ſed tamẽ in ſignificatione ponitur aduerſa. illud eſt in exemplo. quod aqua & pplm̄ ſignificat. ſicut in Apocalipſi legimus. & ſpiritumſanctũ. vnde eſt illud. flumina de uentre eius fluẽt aquę viuę. & ſi quid aliud atq; aliud pro locis in quibus ponitur aqua ſignificare intelligitur. Vbi aũt apertius ponũtur. ibi diſcendum eſt. quomodo in locis intelligatur obſcuris. Neq; enim melius poteſt intelligi quod dictũ eſt deo. Apprehende arma & ſcutum. et exſurge in adiutoriũ mihi. quã ex loco ubi legitur. Domine ut ſcuto bone uoluntatis tuę coronaſti nos.

QVOD NON SIT PERICVLVM VARIVS INtellectus in eiſdem ſcripturę uerbis. ſi ſenſus ipſe congruat veritati. Ca. XV.

q Vando autem ex eiſdem ſcripturę uerbis non vnum aliquid ſed duo. vel plura ſentiuntur. etiam ſi latet quid ſenſerit ille qui ſcripſit. nihil periculi eſt. ſi quodlibet eorum congruere ueritati ex aliis locis ſanctarum ſcripturarum doceri poteſt. id tamen eo conante qui diuina ſcrutatur eloquia vt ad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

volũtatem perueniatur authoris. per quem ſcripturã illam ſanctus operatus eſt ſpiritus . ſiue hoc aſſequat̃. ſiue aliam ſententiam de illis uerbis quę fidei rectę nõ refragatur exculpat. teſtimonium habẽs a quocumq; alio loco diuinorum eloquiorum . Ille quippe author in eiſdem uerbis quę ĩtelligere uolumus. & ipſam ſententiã forſitã uidit. & certe dei ſpiritus qui hęc opatus eſt. etiam ipſam occurſuram lectori uel auditori ſine dubitatiõe pręuidit. immo ut occurreret . quia ex ipſa veritate ſubnixa pręuidit. Nã quid in diuinis eloquiis largius & uberius potuit diuinitus prouideri. quam vt eadem uerba pluribus intelligantur modis: q̃s alia non minus diuina conteſtantia faciant approbari. Vbi autem talis ſenſus eruitur. cuius incertũ certis ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis non poſſit aperiri. reſtat vt ratiõe reddita mãifeſtus appareat. etiam ſi ille cuius verba intelligere querimus. eum forte non ſenſit. Sed hęc conſuetudo periculoſa eſt. Per ſcripturas enĩ diuinas ita multo tutius ambulatur. ſi hoc exhibemus. ut cum aliqua uerbis tranſlatis opaca ſcrutari uolumus. aut hoc inde exeat. quod non habeat controuerſiam. aut ſi habeat. ex eadẽ ſcriptura ubicũq; eis inuẽtis atq; adhibitis teſtibus terminetur . Sed hęc in pręſenti de ſignis dicta ſufficiant. cęterum qui plenius de his ſcire deſiderat. in libris ſcti Auguſtini de doctrĩa chriſtiana vnde hęc excerpſimus quęrat & inueniet. Hinc de his quę in gentilibus doctrinis excercent̃. & quę liberales dicuntur artes. quid conferant utilitatis ſi perſcrutent̃ his q canõicas ſcripturas legũt. q̃ntũ ualeo explicabo.

DE DVOBVS GENERIBVS DOCTRINArum gentilium . & quę ſint illa quę inſtituerunt homines Ca. XVI.

d Vo ſunt genera doctrinarum. quę in gẽtilibus etiam moribus excercentur. unum earũ rerum

quas instituerũt homines. alterũ earum quas animaduerterunt iam peractas aut diuinitus institutas. Illud quod eſt ſecundũ institutiones hominũ. partim ſuperſtitioſum eſt. partim nõ eſt. Superſticioſum eſt quidqd institutũ eſt ab hominibus ad facienda et colẽda idola pertinens. uel ad colendũ ſicut deũ creaturam. uel ptẽ vllam creaturę. vel ad conſultatões & pacta quędam ſignificationũ cum dęmonibus placita atq; fœderata. qualia ſunt molimĩa magicarum artium. quę quidem cõmemorare potius quã docere aſſolent poetę ex quo genere ſunt. ſed quaſi licẽtiore uanitate aruſpicum & augurium libri ad hoc genus pertinẽt. omnes etiã ligaturę atq; remedia. quę medicorũ quoq; diſciplina contempnit. ſiue in prędicatiõibus. ſiue in quibuſdã notis. quas caracteres uocant. ſiue in quibuſdã rebus ſuſpẽdẽdis atq; inligandis. nõ ꝓpter uim naturę quodãmõ ad temperationẽ corporũ. ſed ad quaſdã ſignificatiões occultas aut manifeſtas. Neq; illi ab hoc genere pnitioſę ſuperſtitionis ſegregãdi ſunt qui genethliaci ꝓpter nataliũ dierum conſiderationes. nũc aũt vulgo mathemathici uocantur. Nam & ipſi quãuis ueram ſtellarũ poſitionẽ cum quiſq; naſcitur conſectent. & aliquãdo etiã perueſtigent. tamẽ quod inde conãtur uel actiões noſtras uel actionũ euenta prędicere. nimis errant. & vendunt imperitis hominibus miſerabilem ſeruitutẽ. Cõmoda uero & neceſſaria hominũ cum hominibus instituta ſunt. quęcũq; in habitu et cultu corporis ad ſexus uel honores diſcernẽdos differẽtia placuit. & innumerabilia genera ſignificationũ. ſine quibus humana ſocietas. aut nõ omnino aut minus commode gerit. quęq; in ponderibus atq; menſuris. & nũmorũ impreſſibus uel ęſtimationibus ſua cuiq; ciuitati & pplo ſunt ꝓpria. et cętera huiuſmodi. q̃ niſi hoĩm ĩſtituta eſſent. nõ per diuerſos pplos uarię eſſent. nec in ipſis populis

ſingulis.pro arbitrio ſuorū principū mutarent̄.ſed hęc tota pars humanorū inſtitutorū.quę ad uſum uitę neceſſarium proficiūt. nequaq̄ eſt fugienda chriſtiano. immo etiā quantū ſatis eſt intuenda.memoriaq; retinēda.Ad hanc partē etiam pertinēt litterarū figurę. quę pro libito hominū cōſtitutę ſunt.nec tamē om̄ibus gētibus cōmūes.ſed alias hebręa. alias gręca.alias latina gens habet.& cęterę quędā gentes.ſimiliter ad ꝓprietatē linguę.ſuę litteras ſibi ſcd'm placitū formauerūt.

QVAE DIVINITVS INSTITVTA INVESTIGAVERVNT. Ca. XVII.

i Am uero illa quę nō inſtituēdo.ſed aut trāſacta temporibus aut diuinitus īſtituta.inueſtigādo homines prodiderunt.ubicūq; diſcant̄ nō ſunt hominum inſtituta exiſtimanda. quorum ſunt alia ad ſenſus corporis.alia uero ad rationē animi pertinētia. Sed illa quę ad ſenſus corporis attingūtur.uel narrata credimus.uel demōſtrata ſentimus.uel experta conicimus.Quidquid ergo de ordine temporum trāſactorū īdicat ea quę appellatur hiſtoria.plurimū nos adiuuat ad libros ſanctos intelligendos.etiam ſi preter eccleſiā puerili eruditione diſcatur.Nam et per olimpiadas.& per conſulum nomina.multa ſępe quęruntur a nobis. Et ignorantia cōſulatus quo natus eſt dominus & quo paſſus eſt. nonnullos coegit errare. ut putarent xlvi. annorum ętate paſſum eſſe dn̄m. quia per tot annos ędificatum templum eſſe dictū eſt a Iudęis.quod imaginem dominici corporis habebat. Sed annorum fere xxx.baptiçatum eſſe retinemus authoritate euangelica.ſed poſtea quot annos in hac uita egerit.quanquā textu ipſo actionum eius animaduerti poſſis. tamen ne aliunde caligo dubitationis oriat̄.de hiſtoria gentiū collata cum euangelio. liquidius certiuſq; colligitur.

Tunc enin uidebitur non fruſtra eſſe dictũ.quod xlvi.
annis templũ ędificatum ſit.ut cũ referri iſte numerus
ad ętatem dñi non potuerit.ad ſecretior ẽ inſtructionẽ
humani corporis referatᷣ.quod indui propter nos non
dedignatus eſt unicus dei filius per quẽ facta ſunt oĩa.
Aliud eſt enĩ facta narrare.aliud docere faciẽda. Hiſto
ria facta narrat fideliter atqꝫ vtiliter. libri aũt aruſpicũ
& q̃qꝫ ſimiles litterę.facienda vel obſeruanda intendũt
docere.monitoris audacia.non indicis fide. Eſt etiam
narratio ſimilis demonſtrationi.qua non pręterita. ſed
pręſentia indicantᷣ.ignaris in quo genere ſũt.quę de lo
corũ ſitu.naturiſqꝫ animaliũ. lignorũ. herbarũ. lapidũ
aliorũ ve corporũ ſcripta ſunt.de quo genere ſuperius
egimus.eamqꝫ cognitionẽ valere ad enigmata ſcriptu
rarũ ſoluenda docuimus. non ut pro qbuſdam ſignis
adhibeantᷣ tãquam ad remedia.vel machinamẽta ſup-
ſtitionis alicuius. Siderũ autem cognoſcendorũ non
narratio ſed demonſtratio eſt.quorũ ꝑ pauca ſcriptura
cõmemorat. Habet aũt preter demonſtrationẽ p̃ſentiũ
etiam preteritoꝝ narratiõi ſimile aliqd. quod a p̃ſenti
poſitione.motuqꝫ ſiderũ.& pręterita eorũ veſtigia re-
gulariter licet recurrere. Habet etiam futurorũ regu-
lares cõiecturas non ſuſpicioſas.et ocioſas.ſed ratas et
certas.nõ vt ex eis aliquid trahere in nr̃a fata & euẽta
temptemus.qualia genetliacorũ deliramenta ſunt.ſed
quantũ ad ipſa pertinet ſidera. Nam ſicut is qui compu
tat lunam cũ hodie inſpexerit quota ſit.& ante q̊tlibet
annos quota fuerit.& poſt q̊tlibet annos quota fotura
ſit poteſt dicere.ſic de vnoq̊qꝫ ſiderũ qui ea perite com
putant reſpondere cõſuerũt. Artiũ enim ceterarũ qui-
bus aliqd fabricatᷣ.vel quid remaneat poſt operationẽ
artificis ab illo effectũ.ſicnt domus & ſcamnũ.vel quę
miniſteriũ q̊ddam exhibẽt operanti deo.ſicut medicia
& agricultura & gubernatio. harũ ergo cũctaꝝ artiũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de pręteritis faciunt experimenta. etiã futura cõiciẽda.
Nullus earum artiũ artifex mẽbra mouet in opando.
niſi pręteritorũ memoriam cum futurorũ expectatiõe
contexat. Sed hęc nõ ob aliud cõmemorauimus. niſi
vt nõ omnino neſciãus quid ſcriptura uelit inſinuare.
cum de his artibus aliquas figuratas locutiões inſerit.
Reſtant ea quę nõ ad corporis ſenſus. ſed ad rationem
animi pertinent. vbi diſciplina regnat diſputationis &
numeri. Sed diſputationis diſciplina ad om̄ia genera
quęſtionũ q̃ in litteris ſanctis ſunt penetrãda et diſſol=
uẽda plurimũ ualet. tantũ ibi cauẽda eſt libido rixãdi.
& puerilis quędã oſtenſio decipiendi aduerſariũ. Sed
de hoc plenius dicemus cum dialectica. atq; rhetorica
diſputabimus. Iam vero numeri diſciplina cuilibet tar=
diſſimo clarũ eſt. quod nõ ſit ab hominibus inſtituta.
ſed potius indigata & inuenta. Nõ enĩ ſicut primã ſilla=
bam italię. quã breuẽ pronunciauerunt veteres voluit
Virgilius. & longa facta eſt. ita quiſquã poteſt efficere
cũ voluerit. ut ter t̃na aut non ſint nouẽ. aut nõ poſſint
efficere quadratã figuram. aut non ad ternariũ nume=
rum tripla ſint. ad ſenariũ ſeſcupla. ad nullũ dupla. qa
intelligibiles numeri ſemiſſem nõ habent. Siue ergo
in ſeipſis conſiderẽtur. ſiue ad figuram. aut ad ſonorũ
aliorũ vel motionum leges numeri adhibeantur. incõ
mutabiles regulas habent. neq; vllomodo ab hoibus
inſtitutas. ſed ingenioſorũ ſagacitate compertas. Quę
tamen omnia quiſquis ita dilexerit. ut iactare ſe inter
imperitos velit. & non potius quęrere vnde ſint vera.
quę tantũmodo uera eſſe perſenſerit. & vnde quędam
non ſolũ uera. ſed etiam incõmutabilia. quę incõmuta
bilia eſſe cõpręhenderit. ac ſic ab ſpecie corporũ vſq;
ad humanam mentẽ perueniens. cũ & ipſam mutabilẽ
inuenerit. quod nũc docta nũc indocta ſit. conſtituta ta
men inter cõmutabilem ſupra ſe veritatẽ. & mutabilia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infra ſe cętera, ad unius dei laudem atq; dilectionem cuncta conuertere, a quo cũcta eſſe cognoſcit, doctus uideri poteſt, eſſe autem ſapiens nullo modo. Hucuſq; generaliter atq; permixtim dixi de diſciplinis gentiliũ, deinceps ſeorſum de ſingulis dicturus.

DE ARTE GRAMMATICA. ET SPECIEBVS EIVS. Ca. XVIII.

P Rima ergo liberalium artium eſt Grãmatica, ſecunda Rhetorica, tercia Dialectica, quarta Arithmetrica, quĩta Geometria, ſexta Muſica, ſeptima Aſtronomia. Grãmatica enim a litteris nomen accepit, ſicut uocabuli illius deriuatus ſonus oſtendit, diffinitio autẽ eius talis eſt. Grãmatica eſt ſcientia interp̄tandi poetas atq; hiſtoricos, & recte ſcribẽdi loquẽdiq; ratio, hęc et origo et fundamentum eſt litterarum liberaliũ. Hanc itaq; ſcholã dominicã legere cõuenit, quia ſcientia recte loquendi, & ſcribendi ratio, in ipſa conſiſtit. Quomõ quis uĩ uocis articulatę ſeu litterarũ & ſyllabarum poteſtatem cognoſcit? ſi nõ prius per eã id didicit? Aut quomõ pedum, accentuũ & poſitiuarũ diſcretionem ſcit? ſi non per hãc diſciplinã eius ſcẽtiam ante percepit? Aut quomodo partium orationis iura, ſchematũ decorem, troporũ uirtutem, ethimologiarũ rationem, & orthographię rectitudinem nouit? ſi non grammaticã artem ãte ſibi notam fecit? Inculpabiliter enim immo laudabiliter, hanc artem diſcit quiſq; in ea non inanem pugnã uerborum facere diligit, ſed rectę locutionis ſcientię et ſcribendi peritiã habere appetit. Ipſa eſt enim omniũ iudex librariorum, quia ubicumq; errorẽ perſpexerit reprehẽdit, & ubi bene dicta ſunt, ſuo iudicio com̄pbabit. Schemata aũt omĩa quotquot ſecularis diſciplinę cõſcripſit in ſctis libris ſępius poſita repiũ nt. Ne nõ ttroepis authores nr̃os uſos fuiſſe, & multiplicius atq; copioſius quam poſſit exiſtimari, uel credere qſqs libros diuinos diligẽt legit ĩueniet. Iſtoꝝ

aũt troporũ nõ ſolũ exẽpla ſicut oĩm.ſed q̃rũdã etiã no
mĩa ĩ diuinis libris legũt.ſicut allegoria.ęnigma.para-
bola.Quorũ oĩm cognirio ꝓpterea ſcripturarũ ambi-
guitate diſſoluẽdis ẽ neceſſaria.qa ſẽſus ad ꝓprietatẽ
v̾borum ſi accipiat abſurdus eſt. Quęrendũ eſt utiq̀
ne forte illo uł illo tropo dictũ ſit q̇d nõ intelligĩus.&
ſic pleraq̀ inuẽta ſunt q̃ latebãt.Metricã aũt rationẽ q̃
per artẽ grãmaticã diſcit.nõ ignobile eſt ſcire.qa apud
hebręos pſalteriũ(ut beatus Hierõymus teſtat)nũc iã
bo currit.nũc alchaico ꝑſonat.nũc ſaphico tumet.nũc
ſemipede ingredit.Deutronomiũ uero et Eſaię cãticũ
nec ñ et salomõ.et Iob.hexãetris et pẽthãetris v̾ſibus.
(ut Ioſephus et Origenes ſcribũt)apđ ſuos compoſita
decurrũt.Quãobrẽ nõ eſt ſpernẽda hęc quãuis genti-
libus cõmunis ratio.ſed q̃ntum ſatis eſt ꝑdiſcẽda.quia
vtiq̀ młti euãgelici uiri inſignes libros hac arte cõdide
rũt.et deo placere ꝑ id ſatagerũt.ut fuit Iuuẽcus.Sedu
lius.Arator.Alchimus.Clemẽs.Paulinus.et Fortuna
tus.et cęteri młti.Poemata aũt et libros gentiliũ ſi ueli
mus ꝓpt florẽ eloq̃ntię legere.typus mulieris captiuę
tenẽdus ẽ.q̃ deutronõiũ deſcribit.et dñm ita p̃cepiſſe
cõmemorat.ut ſi Iſrahelites eã hẽre uellet uxorẽ.calui
cium ei faciat.ungues p̃ſecet..pilos auferat.et cũ mun
da fuerit effecta.tũc trãſeat in uictoris ãplexus.Hęc ſi
ſcđm litterã ĩtelligĩus.nõne ridicłoſa ſunt?Itaq̀ et nos
hoc facere ſolẽus.hocq̀ facere debẽus.qñ poetas gen-
tiles legĩus.qñ ĩ mãus nr̃as libri ueniũt ſapiẽtię ſcłaris,
ſi q̇d in eis utile rep̱imus.ad nr̃m dogma cõuertĩus.ſi
q̇d v̾o ſup̱fluũ de idolis.de amore.de cura ſcłariũ rerꝝ.
hęc radãus.his caluiciũ inducãus.hęc in unguiũ more
ferro acutiſſimo deſecẽus.Hoc tñ p̃ oĩbns cauere de-
bemus.ne hęc licẽtia nr̃a offendiculũ fiat infirmis.ne
pereat q̇ infirmus eſt in ſciẽtia nr̃a frater.propt quem
Chriſtus mortuus eſt.ſi uiderit ĩ dolio nos recũbẽtes-

r Hetorica eſt(ſicut magiſtri tradunt) ſecularium litterarum bene dicendi ſcientia in ciuilibus queſtionibus. Sed hec diffinitio licet ad mundanam ſapientiam uideatur pertinere, tamen non eſt extranea ab ecclesiaſtica diſciplina. Quidquid enim orator et predicator diuine legis diſerete & decenter profert in docendo, vel quidquid apte et eleganter deprimit in dictando, ad huius artis congruit peritiam, nec utique peccare debet arbitrari. qui hanc artem in congrua etate legit, quique eius precepta ſeruat in dictando, ac pro loquendo ſermonem, immo bonum opus facit, qui eam ad hoc pleniter diſcit, vt ad predicandum verbum dei idoneus ſit. Nam cum per artem rhetoricam & uera ſuadeantur & falſa, quis audeat dicere aduerſus mendacium, in defenſoribus ſuis inermem debere conſiſtere ueritatem, vt uidelicet illi qui res falſas ſuadere conantur, nouerint auditorem vel beniuolum, vel intentum, uel facere docilem prohoemio, iſti autem non nouerint. Illi falſa breuiter, aperte, ueriſimiliter, & iſti vera ſic narrent ut audire tedeat, intelligere non pateat, credere poſtremo non libeat, illi fallacibus argumentis veritatem obpugnent, aſſerant falſitatem, iſti nec uera defendere, nec falſa ualeant refutare, illi animos audientium in errorem mouentes, impellenteſque dicendo terreant, contriſtent, exilarent, exhortentur ardenter, iſti pro veritate lenti frigidi dormitent, quis ita deſipiat, ut hoc ſapiatur? Cum ergo ſit in medio poſita facultas eloquij, que ad perſuadenda ſeu praua ſeu recta valeat plurimum, cur non bonorum ſtudio comparatur, ut militet veritati, ſi eam mali ad obtinendas peruerſas vanaſque cauſas iu uſus iniquitatis et erroris uſurpantur? Sed quecunque ſunt de hac re obſeruationes atque precepta, quibus cum accedit in pluribus verbis ornamentiſque uerborum, quia exercitationis ligue ſolertiſſima conſuetudo ſit illa, que facundia

vel eloquētia nomīatur.hęcq; repoſito ad hoc cōgruo tēporis ſpatio . apta & cōueniente ętate diſcenda ſunt. eis qui hoc celerit̃ poſſunt.Nam et ipſos romanę prin=cipes eloquentię non piguit dicere.quod hanc artem niſi qui cito poſſit perdiſcere.nūquam omnino poſſit. Sed nos nō ea tanti pendimus.ut eis diſcēdis. iam ma=turas.uel etiā graues hominū ętates uelimus impēdi. Satis eſt ut adoleſcentulorum iſta ſit cura.nec ipſorum omniū quos utilitatis eccleſiaſticę cupius erudiri. ſed eorū quos nondū magis urgens.& huic rei ſine dubio ꝑponēda neceſſitas occupauit . qm̄ ſi acutū & feruēs abſit ingenium.facilius adheret eloquētia legentibus & audientibus eloquentes.quā eloquentię pręcepta ſectantibus. Nec deſint eccleſiaſticę litterę etiā preter canonē in authoritatis arce ſalubriter collocatę . quas legendo homo capiat.& ſi id non agat. ſed tantūmodo rebus quę ibi dicūtur intentus ſit etiā eloquio quo di=cūtur. dū in his uerſatur inbuitur accedēte uel maxīe exercitatiōe ſiue ſcribēdi.ſiue dictandi . poſtremo etiā dicendi. quę ſecūdum pietatis ac fidei regulam ſentit. Sed hęc de rethorica nūc dicta ſufficiant.cū reſeruāus paulo poſt iura eiuſdem in dicēdi genere planius de=monſtranda.

DE DIALECTICA. Ca. XX.

d Ialectica eſt diſciplina rationalis querendi diffi=niendi & differendi.etiā uera & a falſis diſcer=nendi potens.Hęc ergo diſciplina diſciplinarū eſt.hęc docet docere. hęc docet diſcere. in hac ſe ipſa ratio demonſtrat atq; aperit.quę ſit.quid uelit.quid ui=deat.Scit ſcire ſola.& ſcientes facere non ſolū vult. ſed etiā poteſt.In hac rationātes cognoſcius quid ſumus. & unde ſumus. per hanc intelligimus quid ſit faciens bonum.& quid factum bonum.quid creator.& quid creatura.per hanc inueſtigamus ueritatem.& depre=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hendimus falſitatē.per hanc argumentamur. & inue-
nimus quid ſit conſequens . quid non conſequens. &
quid repugnans in rerum natura. quid uerum . quid
veriſimile. & quid penitus falſum in diſputationibus.
In hac enim diſciplina vnamquāqꝫ rem quęrimus ſaga
citer. & diffinimus ueraciter. & diſſerimus, prudēter.
Quaꝓpt oportet clericos hāc artē nobiliſſimam ſcire.
eiuſqꝫ iura in aſſiduis meditatiōibus habere.ut ſubtilit̄
hęreticorū uerſutiam hac poſſint dinoſcere. eorumqꝫ
dicta venefica tis ſyllogiſmorū cōcluſiōibus cōfutare.
Sunt enim multa quę appellantur ſophiſmata. falſę cō
cluſiones rationum. & plerumqꝫ ita ueras imitātes. ut
non ſolum tardos.ſed ingenioſos etiam minus diligēt
attentos decipiant.Propoſuit enim quidam dicens ei
cum quo loquebatur. Quod ego ſum.tu nō es. At ille
conſenſit. Verum enim erat ex parte. vel eo ipſo quod
iſte inſidioſus.ille ſimplex erat. Tum iſte addidit. Ego
autem homo ſum. Hoc quoqꝫ cū ab illo accepiſſet. con
cluſit dicens. Tu igitur non es homo. Quod genus ca-
ptioſarum concluſionum ſcriptura quantum exiſtimo
deteſtat̄.illo loco ubi dictū eſt. qui ſophiſtice loquitur
odibilis eſt. quāquā etiā ſermo nō captioſus. ſed tamē
habundātius quā grauitatē decet uerborū ornamēta
conſectans.ſophiſticus dicat̄. Sūt etiā uerę cōnexiōes
ratiocinationis.falſas habētes ſentētias.quę cōſequūt̄
errorē illius cū quo agitur. Quę tamen ad hoc inferūt̄
a bono & docto homine.ut his erubeſcens. ille cuius
errorē ſequitur. eundē relinquat errorē. qui ſi in eodē
manere uoluerit.neceſſe eſt ut etiam illa quę damnat.
tenere cogat̄. Nō enim uera inferebat apl's cū diceret.
neqꝫ Chriſtus reſurrexit. & illa alia. ināis eſt fides nr̄a.
inanis eſt et p̄dicatio nr̄a. Quę oīno falſa ſunt. quia &
Chriſtus reſurrexit. & non erat inanis prędicatio eoꝝ
qui hoc crediderāt. At quia falſum eſt quod ſequitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

neceſſe eſt ut falſum ſit quod pręcedit. Pręcedit enī nō eſſe reſurrectionē mortuorū. quod dicebāt illi. quorū errorē deſtruere uolebat apl's. Porro illā ſentētiā pręcedentē qua dicebāt nō eſſe reſurrectionē mortuorū. neceſſario ſequit᷑. necꝫ Chriſtus reſurrexit. Hoc autē ꝗd ſequit᷑ falſum eſt. Chriſtus enī reſurrexit. falſum eſt ergo quod pręcedit. pręcedit aūt nō eſſe reſurrectionē mortuorū. Eſt igit᷑ reſurrectio mortuorū. Quod totū breuit᷑ ita dicitur. Si nō eſt reſurrectio mortuorū. necꝫ Chriſtus reſurrexit. Chriſtus autē reſurrexit. eſt igit᷑ reſurrectio mortuorū. Cū ergo ſint uerę cōnexiones. nō ſolū uerarū. ſed etiā falſarū ſententiarū. facile eſt ueritatem cōnexionū etiā in ſcholis illis diſcere. quę ꝑter eccleſiā ſunt. ſententiarū autē ueritates in ſanctis libris eccleſiaſticis inueſtigādę ſunt. Ipſa tamen ueritas connexionū nō inſtituta. ſed animaduerſa eſt ab hominibus et notata. ut eā poſſint uel diſcere ul' docere. Nam eſt in rerū ratione perpetua et diuinitus inſtituta. quę a deo authore ſunt facta. Sed quia de logica iam diximus. de mathematica conſequenter dicemus.

DE MATHEMATICA. Ca. XXI.

m Athematica eſt quā latine poſſumus dicere doctrinalē ſcientiā. quę abſtractā cōſiderat quātitatē. Abſtracta enī quātitas dicit᷑. quā ītellectu a materia ſeperātes uel ab aliis accidētibus. ut eſt par. impar. uel ab aliis huiuſcemodi qnę ī ſola raciocinatōe tractāus. Hęc diuidit᷑ ī arithmeticā. muſicā. geōetriā. aſtronomiā. de ꝗbus ſingl'is ſcd'm ordinē diſſeremus.

DE ARITHMETICA. Ca. XXII.

a Rithmetica eſt diſciplina quantitatis numerabilis ſecundum ſeipſam. Eſt enim diſciplina numerorū. Gręci enim numerum αριθμον. Arithmon uocāt. quē ſcriptores litterarū ſeculariū int᷑ diſciplinas mathematicas ideo primā eſſe uoluerūt. q̄m ipa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt ſit. nulla alia indicat diſciplina. Muſica autẽ & Geo-
metrica. et Aſtronōia quę ſequũt̃. ut ſint atq̃ ſubſiſtãt.
iſtius egent auxilio. Scire autem debemus Ioſephum
Hebręorum doctiſſimum in primo libro ãtiquitatum.
titulo nono dicere. Arithmetricam & Aſtronomiam.
Abraham primum Aegiptiis tradidiſſe. vnde ſemina
ſuſcipientes. ut ſunt hoĩes acerrimi ingenij excoluiſſe
ſibi reliquas latius diſciplinas. Quas merito ſancti pa-
tres noſtri legendas ſtudioſiſſimis perſuadent. quoniã
ex magna parte per eas a carnalibus rebus appetitus
abſtrahitur. & faciũt deſiderare. quę preſtãte domino
ſolo poſſimus corde reſpicere. Vnde ratio nũeri con-
tempnẽda nō eſt. quę in multis ſctãrũ ſcripturarũ locis
quã magni exiſtĩanda ſit. lucet diligẽt̃ intuẽtibus. Nec
fruſtra in laudibus dei dictũ eſt. oĩa in mẽſura et nũero
& pōdere diſpoſuiſti. Ita uero ſuis q̃ſq̃ nũerus ꝓprie-
tatibus terminat̃. ut nullus eorum par eſſe cuiq̃ alteri
poſſit. Ergo et diſpares int̃ ſe atq̃ diuerſi ſũt. et ſinguli
q̃q̃ diuerſi ſunt. et ſinguli q̃q̃ finiti ſunt. et oẽs infiniti
ſunt. Nec audebũt iſti cōtẽpnere nũeros. et eos ad ſciẽ-
tiã dei nō ꝑtinere. apd' q̊s Plato dm̃ magna authoritate
cōmendat mũdũ nũeris fabricantẽ. Et apud nos ꝓphã
de dō dicit. Qui ꝓfert nũeroſe ſcl'm. Et ſaluator in euã-
gelio. Capilli inq̃t vr̃i oẽs nũerati ſũt. Quãuis enĩ ſe ob-
lectẽt aſpectui. q̃ſi corpuſculoꝝ q̃dã ſimulachra. cũ ſe-
narij nũeri cōpoſitio vl' ordo vl' partitio cogitat̃. tamen
validior et p̃potentior deſuꝑ rō. nō eis ãnuit interius
q̃ vim nũeri continet. ꝑ quẽ circuitũ fidelit̃ dicit. id q̊d
dicit̃. vnũ in nũeris. in nll'as ꝑtes diuidi poſſe. nulla aũt
corpa niſi ĩ ꝑtes innũerabiles diuidi. et facilius cęlũ &
t̃ram trãſire. q̃ ſcd'm ſenariũ nũerũ fabricata ſunt. quã
effici poſſe ut ſenarius nũerus nō ſuis ꝑtibus cōpleat̃.
Quãobrẽ nō poſſumus dicere propterea ſenariũ nũe-
rum eſſe ꝑfectum. q̊d ſex diebus ꝑfecit deus oĩa oꝑa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſua.ſed propterea deũ ſex diebus perfeciſſe opera ſua. quia ſenarius numerus perfectus eſt.Itaqꝫ etiam ſi iſta nõ eſſent.ꝑfectus ille eſſet.niſi aũt ille perfectus eſſet. iſta ſecundũ eum perfecta nõ eſſent.Numerorum etiã imperitia multa facit nõ intelligi tranſlate ac myſtice poſita in ſcripturis.Ingeniũ q̃ppe ut ita dixerĩ. ingeniũ nõ poteſt niſi nouerit quid ſibi uelit.quo & Moyſes & Eſaias.et ipſe dñs xl.diebus ieiunauerũt. cuius actiõis figuratus quidã ſine huius numeri cognitione et conſideratõne nõ ſoluitur.Habet enim denarium quater. tanqꝫ cognitiõem oĩm rerum intextã tẽporibus. Quaternario namqꝫ numero & diurna et annua curricula peragũtur.diurna matutinis . meridianis. ueſpertinis. nocturniſqꝫ horarũ ſpaciis. Annua vernis. ęſtiuis. autũnalibus.hiemalibuſqꝫ menſibus. A temporũ autem delectatione dũ in temporibus viuimus.propter ęternitatem in qua viuere uolumus abſtinẽdũ et ieiunãdũ eſt.quamuis temporũ curſibus ipſa inſinuetur nobis doctrina.contẽpnendorũ temporum.et appetẽdorum ęternorũ.Porro aũt denarius numerus. creatoris atqꝫ creaturę ſignificat ſcientiã. nam trinitas creatoris eſt. ſeptenarius autẽ numerus creaturã indicat.ꝓpter uitã & corpus.Nam in illa tria ſunt.vnde etiam toto corde. tota anima.tota mente diligendus eſt deus.in corpore autẽ manifeſtiſſima quattuor apparent.quibus cõſtãt elementa.Hoc ergo denario dum temporaliter nobis inſinuatur.ideſt quater ducatur. caſte et incontinẽter a temporũ delectatione uiuere . hoc eſt quadraginta diebus ieiunare.hoc eſt lex cuius ꝑſona eſt in Moyſe. hoc eſt prophętia.cuius perſonã gerit Helias.hoc ipſe dominus monet.qui tanqꝫ teſtimoniũ habens a lege et prophętis.medius inter illos in mõte tribus diſcipulis videntibus atqꝫ ſtupẽtibus claruit. Deĩde ita quęrit. quomodo quinquagenarius de quadragẽario nũero

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

exiſtat.qui nō mediocriter in nostra religiōe ſacratus eſt propter pentecoſten.et quomō ter ductus propter tria tempora ante legē.ſub lege.ſub gratia. uel ꝓpter nomē patris.et filij.et ſpiritusſancti.adiuncta eminentius ipſa trinitate ad purgatiſſimę eccleſię myſteriū referatur.perueniatq; ad centū uel tres piſces. quos retia poſt reſurrectionē dñi in dexterā partē miſſa cęperūt. Ita multis aliis atq; aliis numerorū formis. quędā ꝓpt̄ ſimilitudinē in ſanctis libris ſecreta ponunt̄.quę ꝓpter numerorū imperitiā legentibus clauſa ſunt. Qua ꝓpt̄ neceſſe eſt eis qui uolūt ad ſacrę ſcripturę noticiā peruenire.ut hanc artē intēte diſcāt.et cū didicerit myſticos nūeros.in diuinis libris facilius hinc intelligant.

DE GEOMETRICA. Ca. XXIIII.

n Vnc ad Geometriā ueniamus.quę eſt deſcriptio contēplatiua formarū. documentum etiā vſuale philoſophorū.quod ut pręconiis celeberrimis referant Iouē ſuum in operibus ꝓpriis geometriare teſtant̄.Quod neſcio utrū laudibus an uituperationibus applicet̄.qn̄ quod illi pungūt in puluere coloreo.Iouē facere mentiūtur in cęlo. Quod ſi uero creatori et oīpotenti deo ſalubriter applicet̄. poteſt ex ſententię forſitā cōuenire ueritate.geometriat enim ſi fas eſt dicere.ſancta diuinitas.qn̄ creaturę ſuę quā uſq; hodie facit.exiſtere diuerſas ſpēs. formulaſq; cōcedit. quādo curſus ſtellarū potentia uenerāda diſtribuit. & ſtatutis lineis fecit currere quę mouentur. certaq; ſede quę ſunt fixa cōſtituit.Quidquid enim bene diſponitur atq; componitur.poteſt diſciplinę huius qualitatibus applicari.Geometria latine dicitur terrę dimenſio.ſicq; diffinit̄.Geometria eſt diſciplia magnitudinis immobilis. et formarum. quod per diuerſas formas

ipſius diſciplinę. ut nonnulli dicunt primum ęgiptiis dominis propriis fertur eſſe partitus. Cuius diſciplinę magiſtri menſores ante dicebantur. ſed Varro peritiſſimus latinorũ huius nominis cauſam ſic extitiſſe commemorat dicens. prius quidem hoĩes per dimẽſiones terrarum terminis poſitis uagantibus populis pacis vtilia preſtitiſſe. deinde totius anni circulũ menſtruali numero fuiſſe partitos. vnde et ipſi menſes quod annũ metiãtur edicti ſunt. Verũ poſtquam ita reperta ſunt. prouocati ſtudioſi ad illa inuiſibilia cognoſcenda ceperunt quęrere quanto ſpacio a terra luna. a luna ſol ipſe diſtaret. & uſqꝫ ad uerticem cęli quanta ſe mẽſura diſtenderet. quod peritiſſimos geometras aſſecutos cõmemorat. Tunc & dimenſionem uniuerſę terrę probabili refert ratione collectam. ideoqꝫ factum. ut diſciplina ipſa geometrice nomen acciperet. quod per ſcl'a longa cuſtodit. Hęc igitur diſciplina in tabernaculi templiqꝫ ędificatione ſeruata eſt. ubi linealis menſurę. vnius & circuli ac ſperę atqꝫ hemiſperion. quadrãgulę quoqꝫ formę. & cęterarum figurarum diſpoſitio habita eſt. quorum omnium noticia ad ſpiritalẽ intellectũ non parum adiuuat tractatorem.

DE MVSICA. Ca. XXIIII.

m Vſica eſt diſciplina quę de numeris loquitur. qui ad aliquid ſunt. ideſt his qui inueniuntur in ſonis. ut duplum. triplum. quadruplum. & his ſimilia quę dicũtur ad aliquid. Hęc ergo diſciplina tam nobilis eſt. tamqꝫ utilis. ut qui ea caruerit. eccleſiaſticum officium congrue implere non poſſit. Quidqd enim in lectionibus decẽter pronũciatur. ac quidquid de pſalmis ſuauiter in eccleſia modulatur. huius diſciplinę ſcientia ita temperatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& non ſolum per hanc legimus & pſalmis in eccleſia: immo omne ſeruitiũ dei rite implemus. Muſica ergo diſciplina per omnes actus uitę noſtrę hac ratione diſ-funditur. primũ ſi creatoris mãdata faciamus. & puris mentibus ſtatutis ab eo regulis ſeruiamus. Quidquid enim loquimur vel intrinſecus uenarũ pulſibus com-mouemur . ꝑ muſicos rithmos harmonię uirtutubus probatur eſſe ſociatũ. Muſica quippe ſcientia eſt bene modulandi. Quod ſi nos bona conuerſatõne tractãus. tali diſciplinę probamur ſemper eſſe ſociati. quãdo ꝟo iniquitates gerimus. muſicã nõ habemus. Cęlũ quoq; & terra uel omuia quę in eis ſuperna diſpẽſatione per-agũtur. nõ ſunt niſi muſica diſciplina. cum Pithagoras hunc mundum per muſicam conditum. & per eam gu bernari poſſe teſtatur. Hęc & in ipſa ꝙq; religione chri ſtiana ualde permixta eſt. ac ĩde fit. ut nõ pauca etiam claudat atq; obtegat nonnullarũ rerum muſicarũ igno rantia. Nam & de pſalteriĳ & citharę differentia. q̃dam non inconcinne aliquas rerum figuras aperuit. et decẽ cordarum pſalterium nõ importune inter doctos q̃rit. vtrum habeat aliquã muſicę legem. quę ad tantũ ner-uorum numerum cogat. an uero ſi non habet. eo ipſo magis ſacrate accipiendus ſit. Ipſe numerus vel ꝓpter decalogũ legis. De quo item numero ſi quęratur. non niſi ad creatorem creaturamq; referendus eſt. vel ꝓpt̃ expoſitũ ip̃m denariũ. Et ille numerus ędificatõis tem pli qui commemoratur in euangelio. xl. ſcilicet. & vi. annorum. neſcio quid muſicum ſonat. & relatus ad fa-bricam dominici corporis propter quam templi mẽtio facta eſt. cogit nonnullos hęreticos cõfiteri filium dei. non falſo ſed uero. & humano corpore indutum. Itaq; & numerum & muſicã pleriſq; locis in ſanctis ſcriptu-ris honorabiliter poſita inuenimus. Nõ enim audiẽdi ſunt errores gentilium ſuperſtitionũ. qui nouẽ muſas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& Iouis & memorię filias eſſe finxerunt. Refellit eos
Varro. quo neſcio utrum apud eos quiſquam talium
rerum doctior uel curioſior eſſe poſſit. Dicit enim ciui
tatem neſcio quam (non enim nomen recolo) locaſſe
apud tres artifices terna ſimulachra muſarum. quod
in templo Apollinis donum poneret. ut quiſquis arti=
ficum pulchriora formaſſet. ab illo potiſſimum electa
emeret. ita contigiſſe vt opera ſua illi quoq; artifices
ęque pulchre explicarent. & placuiſſe ciuitati omnes
nouem. atq; omnes eſſe emptas. ut in Apollinis tēplo
dedicarentur. quibus poſtea dicit Heſiodum poetam
impoſuiſſe uocabula. Hic ergo iupiť nouē muſas ge=
nuit. ſed tres fabri ternas creauerunt. Tres autem non
propter ea illa ciuitas locauerat. quidā in ſomnis eas
viderat. aut tot ſe cuiuſquam illorum oculis demon=
ſtrauerant. ſed quia facile erat animaduertere omnem
ſonum quę materies cantilenarum eſt. triformem eſſe
natura. Aut enim uoce editur. ſicuti eorum eſt qui fau
cibus ſiue organo canunt. aut flatu. ſicut tubarum &
tibiarū. aut pulſu. ſicut in cytharis. & timpanis. & qui=
buſlibet aliis. quę percutiēdo canora ſunt. Sed ſiue ſe
ita habeat quod Varro retulit. ſiue non ita. nos tamen
non debemus (propter ſuperſtitionem profanorum)
muſicam fugere. ſi quid inde utile ad intelligendas ſan
ctas ſcripturas rapere potuerimus. nec ad illorū thea=
tricas nugas cōuerti. ſi aliquid de cytharis & de orga=
nis (quod ad ſpiritalia capienda ualeat) diſputemus.
Neq; entm & litteras diſcere non debuimus. quia eorꝝ
deum dicunt eſſe Mercuriū. aut quia iuſticię uirtutiq;
templa dedicarunt. & quę corde geſtanda ſunt. in lapi
dibus adorare maluerunt. propterea nobis iuſticia uir
tuſq; fugiēda eſt. Immo uero quiſquis bonus uerusq;
chriſtianus eſt. deum ſui eſſe intelligat ubicumq; inue
nerit ueritatem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Stronomia ergo ſuper eſt. quę(vt quidã dixit)
a dignum eſt religioſis argumẽtum. magnumq;
curioſis tormentum. Hanc ergo ſi caſta ac mo-
derata mẽte perquirimus. ſenſus quoq; noſtros (ut &
veteres dicunt)magna claritate perfundit. Quale eſt
enĩ ad cęlos anĩo ſubire. totamq; illam machinã ſupnã
indagabili ratione diſcutere. & inſpectiua mẽtis ſubli-
mitate ex aliq̃ parte colligere. qđ tantę magnitudinis
arcana uelauerunt? Nam mundus ipſe(ut quidã dicũt)
ſphęrica fertur rotũditate collectus. vt diuerſas rerum
formas ambitus ſui circuitõne cõcluderet. Vnde librũ
Seneca conſentanea philoſophis diſputatione forma-
uit. cui titulus eſt. de forma mundi. Aſtronomia itaq;
dicitur(vnde nobis ſermo)aſtrorum lex. quia neſciunt
vllo modo aliter quam a ſuo creatore diſpoſita ſunt. vł
conſiſtere. vel moueri. niſi forte quando aliquo mira-
culo facto diuinitatis arbitrio commutãtur. ſicuti Hie-
ſu naue ſoli in gabaon ut ſtaret legitur imperaſſe. & tẽ
poribus Eçechię regis retrorſum decem gradibus re-
uerſum fuiſſe. & in paſſione domini tribus horis Sol
tenebroſus effectus eſt. & his ſimilia. Ideo enim mira-
cula dicuntur. quoniã contra conſuetudinem rerum
admiranda contingunt. Feruntur enim(ſicut dicunt
aſtronomi)quę cęlo fixa ſunt. mouentur vero planetę
ideſt erraticę quę curſus ſuos certa tamen diffinitione
conficiunt. Aſtronomia eſt itaq;(ſicut iam dictũ eſt)di-
ſciplina quę curſus cęleſtium ſiderum & figuras con-
templatur. omnes et habitudines ſtellarum circa ſe &
circa terrã indagabili ratione percurrit. Inter aſtrono-
miam autem & aſtrologiam aliqd differt. licet ad vnã
diſciplinam ambę pertineant. Nam aſtronomia cęli cõ
uerſionem. ortus. obitus. motuſq; ſiderum continet. vł

ex qua cauſa ita vocentur. aſtrologia uero partim na-
turalis. partim ſuperſticioſa eſt. Naturalis. dum exeqt̃
Solis luneq; curſus vel ſtellarum certas temporũ que-
ſtiones. Superſticioſa vero eſt illa quam mathematici
ſequuntur qui ſtellis augurãtur. quiq; etiam duodecĩ
celi ſigna per ſingula anime uel corporis mẽbra diſpo-
nũt. ſiderumq; curſus natiuitatis hominum & mẽores
predicare conantur. Hanc quidem partem aſtrolo-
gie que naturali inquiſitione exequitur Solis luneq;
curſus atq; ſtellarum. & certas temporum diſtinctiões
caute rimatur. oportet a clero domini ſolerti medica-
mine diſci. vt per certas regularũ coniecturas. et ratas
ac ueras argumentorum eſtimationes. non ſolũ prete-
rita annorum curricula ueraciter inueſtiget. ſed & de
futuris nouerit fideliter rationari temporibus. utq; pa
ſchalis feſti exordia. et certa loca omnium ſolennitatũ
atq; celebrationum ſibi ſciant intimare obſeruanda. &
populo dei rite ualeat indicare celebranda.

DE PHILOSOPHORVM LIBRIS. Ca. XXVI.

e Cce de ſeptẽ liberalibus artibus philiſophorũ. ad quam vtilitatem diſcẽde ſint catholicis. ſatis (ut reor) ſupius diximus. illud adhuc adiicius quod philoſophi ipſi qui uocantur. ſi qua forte uera et fidei noſtre accommodata in diſpenſationibus ſuis ſeu ſcriptis dixerunt. maxime platonici nõ ſolũ formidãda non ſunt. ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſſori-bus in uſum noſtrum vendicãda. Sicut enim Aegiptij in tantum idola habebant. & onera grauia que ppl's Iſrl' deteſtareẽ et fugeret. ſed etiã uaſa atq; ornamenta

de auro & argento. & ueſte. quę ille populus exiēs de
Aegipto. ſibi tanquam ad uſum meliorem clāculo ven
dicauit. non authoritate propria. ſed pręcepto & man-
dato. ipſis Aegiptiis neſcienter cōmodātibus ea qbus
ut bene utebantur. ſic doctrinę omnes gentilium non
ſolum ſimulata & ſuperſticioſa figmenta. graueſq; ſar-
cinas ſuperuacanei laboris habent. quę unuſquiſq; no
ſtrum duce Chriſto ſocietatem gentiliū exiens. debet
abhominari atq; deuitare. Sed etiam liberales diſcipli-
nę. de quibus paulo ante egimus. uſui ueritatis aptio-
res. & quędam morum pręcepta utiliſſima continent̄.
de quibus ipſo uno colendo nonnulla uera inueniunt̄
apud eos. quod eorum tanquam aurum & argentum
quod non ipſi inſtituerunt. ſed de quibuſdā quaſi me-
tallis diuinę prouidentię. quę ubiq; infuſa eſt eruerūt.
& quo peruerſe atq; iniurioſe ad obſequia dęmonum
abutuntur. cum ab eorum miſera ſocietate ſeſe animo
ſeparat. debet ab eis auferre chriſtiāus. ad uſum iuſtū
prędicandi euangelij. ueſtem quoq; illorum ideſt ho-
minum quidem inſtituta. ſed tamē accomodata hūanę
ſocietati. quibus in hac uita carere non poſſumus. acci
pere atq; habere licuerit in uſum conuertenda chriſtia
num. Nam quid aliud fecerunt boni multi fideles nr̄i?
Nonne quanto auro & argento et veſte ſuffarcinati
exierūt de Aegipto. Ciprianus & doctor ſuauiſſimus.
& martyr beatiſſimus. quanto Lactantius. quāto Vi-
ctorinus. optatus Hilarius. quanto innumerabiles grā
matici? Quod prior ipſe fideliſſimus dei famulus Moy
ſes fecerat. de quo ſcriptum eſt. quod eruditus fuerit
omni ſapientia Aegiptiorum. Quibus omnibus uiris
ſuperſtitioſa gentium conſuetudo. & maxime illis tē-
poribus cum Chriſti recutiens iugum chriſtianos per-
ſequebatur. diſciplinas quas utiles habebat nunquam
cōmodaret. ſi eas in uſum colēdi vnius dei quo uanus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

idolorum cultus exſcinderetur cõuerſas ſuſpicaretur. Sed dederunt aurum et argentũ. et ueſtem ſuã exeũte de Aegipto populo dei. neſcientes quemadmodũ illa quę dabant in Chriſti obſequium redderent. Illud enī in exodo factum ſine dubio figuratum eſt. ut hoc prę-ſignaret. quia ſine pręiudicio alterius aut paris aut meliori intelligentię dixerim. ſed hoc modo inſtructus diuinarum ſcripturarum ſtudioſus. cum ad eas ſcrutã das accedere ceperit. illud apoſtolicum cogitare nõ ceſſet. ſcientia inflat. charitas ędificat. Ita enim ſentit quamuis de Aegipto diues exeat. tamen niſi paſcha egerit. ſaluum ſe eſſe non poſſe. Paſcha autẽ noſtrum immolatus eſt Chriſtus. nihilq; magis immolatio chriſtianos docet. quam illud quod ipſe clamat. tanquã ad eos quos in Aęgipto ſub Pharaõe iubet laborare. Venite ad me q laboratis et onerati eſtis. et ego uos r̄fitiã. Tollite iugum meũ ſuper uos et diſcite quia mitis ſum & humilis corde. & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim ſuaue eſt. et onus meũ leue eſt.

DE ACQVISITIONE ET EXERCITIO VIRTVTVM. Ca. XXVII.

i Nterea quippe dum intenta meditatione ſciẽtiam ſpiritualem optat adipiſci. neceſſe eſt vt iugi exercitio uirtutum ſibi quęret opulẽtiam. ne dum in uno diues eſſe cupit. et alterius opes q̄rere negligit. verę opulentię fructus p̄dat. ac non ſolum ipſi eueniat. quia quęſitarum rerum utilitatem non habeat. immo pœnas iniuſtus poſſeſſor pro eis domio ſoluat. Ait enim ipſa ueritas ſeruis. Qui ſcit

voluntatē domini ſui & non facit. uapulabit in multis. qui autem neſcit & non facit. uapulabit paucis. Quid ergo proderunt hominum ingentes diuitias congregare. & earum uſum minime habere. cum multo melior ſit ille qui paupertate ſua contentus eſt & letabitur de labore ſuo. ei qui totam uitam ſuam diuitias habēs in egeſtate conſumit. Salomone atteſtante qui ait. melior eſt pauper & ſufficiēs ſibi. quam glorioſus et indigens pane. Sancta ruſticitas ſolum ſibi prodeſt. & quātum ędificat ex uitę merito. tantum nocet ſi nō et ualet contradicentibus reſiſtere. Sed ex duobus imperfectis magis eligo ſanctam ruſticitatem. quam eloquentiam peccatricem. quia ſapientia dicit. Melior eſt paup ambulans in ſimplicitate ſua. quam diues prauis itineribus. qui autem cuſtodit legem. filius ſapiens eſt. Oportet quidem eum qui ſapientię ſtudet. uirtuti ſtudere. vt id quod ſapienter intelligit in mente. utiliter exerceat in opere. & quodcumq; boni uerbis aliis facere pręcipit. ſuis operibus faciendum eſſe prius doceat. vt faciens & docens mandata dei. maior uocetur in regno cęlorum. nō minimus ſi docuerit & ſoluerit actione unum de mādatis dei minimis. Omnis enim inquit ſaluator qui uenit ad me. & audit ſermones meos. & facit eos. ſimilis eſt homini ędificāti domum. qui fodit in altum. & poſuit fundamenta ſupra petram. Inundatione autem facta. illiſum eſt fulmen domui illi. & nō potuit eam mouere. fundata enim erat ſupra petram. Qui autem audit & non facit. ſimilis eſt homini ędificanti domum ſuam ſupra arenam ſine fundamento. in qua illiſus eſt fluuius. & cōtinuo cecidit. & facta eſt ruina domus illius magna. Debet autem unuſquiſq; catholicus uniuerſis uirtutibus ęqualiter operam dare. ut & intus & foris nobiliter ornatus. ęterni regis cōuiuio dignus exiſtat. & quadriga ſpiritali uectus ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ęternam patriam conſcendat. Debet autem prudentię intendere. vt prudēter prouideat. veraciter intelligat. intellectaq; memoriter retineat. Debet iuſticię ut religioſus. pius. humiliſq; fiat. vt gratiam & vindicationē. obſeruantiam & ueritatem cōſeruet. pactumq; & par iudicatum & legem cuſtodiat. Debet fortitudini ſtudium impendere. vt magnificentiam. & fidentiam. pacientiam. & perſeuerantiam habeat. Debet temperantię. vt continens. clemeus. & moderatus fiat. & ſuper hęc om̄ia ut pacis & charitatis fidus executor exiſtat. quę ſcilicet eſt vinculum perfectionis. His autem ſpeciebus virtutum perfecte adornatus. & ſapientię lumine illuſtratus homo dei. rite & congrue ſeruitium poteſt agere. atq; oratoris officium digne poteſt in eccleſia implere. quem antiqua diffinitio affirmat uirum bonum & dicendi peritum eſſe debere. Si ergo hęc diffinitio in oratoribus gentilium obſeruabatur. multo magis in oratoribus Chriſti obſeruari conuenit. quorum non ſolum ſermo. immo etiam tota vita doctrina virtutum debet eſſe. Sed quia de modo inueniendi ea quę intelligenda ſunt in ſcripturis multa iam diximus. adiuuante domino de proferendo ea quę iutellecta ſunt pauca dicemus. ut hoc nouiſſimo libro totum hoc opus claudamus.

QVID DEBEAT DOCTOR CATHOLICVS IN DICENDO AGERE. Ca. XXVIII.

d Ebet igitur diuinarum ſcripturarum tractator & doctor. defenſor rectę fidei ac debellator erroris. & bona docere. & mala dedocere. atq; in hoc opere ſermones conciliare

(auerſos. remiſſos erigere.

neſciẽtibus q̃d agere.quid expectare debeãt. intima-
re.ubi aut beniuolos.intentos . dociles.aut inuenerũt
aut ipſe fecerunt.cętera peragenda ſunt ſicut poſtulat
cauſa.Si docendi ſunt qui audiunt. narratione facien-
dum eſt.ſi tamen indigeat ut res de qua agitur innote-
ſcat.vt autem quę dubia ſunt. certa fiant.documentis
adhibitis rationandum eſt.Qui uero audiunt.monen-
di ſunt potius quam docendi.vt in eo quod iam ſciunt
agendo non torpeant.& rebus quas ueras eſſe fatent̃.
aſſenſum accommodent. Maioribus dicendi uiribus
opus eſt.ubi obſecrationes & increpationes. concita-
tiones & exercitationes . & quęcumq; alia ualent ad
commouendos animos ſunt neceſſaria.Et hęc quidem
cuncta quę dixi. omnes fere homines in his quæ lo-
quendo agunt.facere non quieſcunt.ſed cũ alij faciant
obtunſe.deformiter. frigide. alij acute. ornate. uehe-
menter illum ad hoc opus unde agimus oportet acce-
dere iam qui poteſt diſputare vel dicere ſapienter. etiã
ſi non poteſt eloquenter. ut proſit audientibus etiam
ſapienter.ſi minus quam prodeſſet eloquenter poſſet
dicere. Qui uero affluit inſipienti eloquentia. tanto
magis cauendus eſt.quanto magis ab eo in his quę au
dire inutile eſt delectatur auditor.& eum quem diſſer
te dicere audit.etiam uere dicere exiſtimat. Hæc autẽ
ſcientia nec illos fugit qui artem Rhetoricam docen-
dam putauerunt. Faſſi ſunt enim ſapientiam ſine elo-
quentia parum prodeſſe ciuitatibus.eloquentiam ue-
ro ſine ſapientia nimium obeſſe plerumq;. prodeſſe
nunquam. Sapienter autem dicit homo tanto magis
vel minus.quanto in ſcripturis ſanctis maius minuſue
proficit.non dico in eis multum legendis memorięq;
mandandis.ſed bene intelligendis.& diligẽter earum
ſenſibus indagãdis.Sũt enĩ q̃ eas legũt ut teneãt.negle
gũt ne ĩtelligãt.q̃bus lõge ſine dubio p̃ferẽdi ſunt qui

verba eorum minus tenent.& cor eorũ ſui cordis ocl'is
vident. ſed utriſq; qui & cum uolet eas dicit.& ſicut
oportet intelligit.Huic ergo qui ſapient' debet dicere.
etiam quod non poteſt eloquenter uerba ſcripturarũ
tenere maxime neceſſarium eſt.Quanto enim ſe pau=
periorem cernit in ſuis.tantum in iſtis oportet eum di=
tiorem.ut q̊d dixerit ſuis uerbis.prębeat & illis.Porro
qui non ſolum ſapienter.uerum etiam eloquẽter vult
dicere.quo profecto plus proderit. ſi utrũq; potuerit.
ad legendos uel audiendos.& exercitatione imitãdos
eloquenter eum multo magis quam magiſtris artis
rhetoricę vacare pręcipio.ſi tunc hij qui legunt & au=
diuntur.non ſolum eloquenter.ſed etiã ſapient' dixiſſe
uel dicere ueraci prędicatione laudantur. Qui enim
eloquenter dicunt ſuauiter. qui ſapienter ſalubriter
audiũtur.Sunt ergo eccleſiaſtici uiri qui diuina eloq̃a
non ſolum ſapienter. ſed & eloquenter tractauerunt.
quibus legendis magis non ſufficit tẽpus. quã de eſſe
ipſi ſtudentibus & uacantibus poſſunt.

QVOD AVTHORES CANONICORVM LI= BRORVM ET SAPIENTES ET ELOQVEN= TES FVERVNT. Ca. XXIX.

Ic aliquis forſitã quęrit.vtrum authores noſtri
h (quorum ſcripta diuinitus inſpirata) canonem
nobis ſaluberrima authoritate fecerunt.ſapien
tes tãtummodo. an eloquentes nuncupandi ſint? quę
quidem quęſtio apud meipſum.& apud eos qui mecũ
quod dico ſentiunt.facillime ſoluitur. Videri poteſt.&
audeo dicere.omnes qui recte intelligunt. quod illi lo
quũtur ſimul intelligere.nõ eos aliter loqui debuiſſe.
Sicut autem eſt quędam eloquẽtia quę magis etatem
iuuenilem docet.eſt quę ſenilem. nec iam dicenda elo
quentia ſi perſonę nõ congruat eloquentis. Vbi uero
nõ eos intelligo.minus q̃dẽ apparet mihi eorũ eloquẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tia. ſed eã nõ dubito eſſe talem. qualis eſt ubi intelligo. Sic quippe illi locuti ſunt vt poſteriores qui eos recte intelligerent & exponerent. alteram gratiam diſparẽ quidem. uerum tamen ſubſequentem in dei eccleſia reperirent. Non ergo expoſitores eorum ita loqui debent. tanquam ſeipſos exponendos ſimili authoritate proponant. ſed in omnibus ſermonibus ſuis primitus ac maxime ut intelligant. elaborent ea quantũ poſſunt perſpicuitate dicendi. vt aut multum tardus ſit qui nõ intelligit. aut in rerum (quas explicare atq; oſtendere volumus) difficultate ac ſubtilitate non in noſtra locutione ſit cauſa. quo minus tardiuſue q̃ dicimus poſſint intelligi. Sunt enim quędam quę aut non intelligũtur aut vix intelliguntur. quamuis planiſſime dicentis verſentur eloquio. quę in populi audientiam vel raro ſi aliquid urget. uel nunquã omnino mittenda ſunt.

QVOD FACILI LOCVTIONE VTI IN VVLGVS DEBEAT. Ca. XXX.

q Vamuis in bonis doctoribus tanta docendi cura ſit. uel eſſe debeat. ut verbum quod nimis obſcurum ſit vel ambiguum. latinum eſſe non poſſit. vulgi autem more ſic dicatur. vt ambiguitas obſcuritaſq; vitetur. non ſic dicatur ut a doctis. ſed potius vt ab indoctis dici ſolet. Quid enim prodeſt locutionis integritas. quam non ſequitur intellectus audientis. cum intelligunt propter quos ut intelligãt loquimur? Qui ergo docet. uitabit uerba omnia quę non docent. & ſi pro eis aliqua quę intelligantur integra poteſt dicere. id magis eliget. ſi autem non poteſt. ſiue quia nõ ſunt. ſiue quia in pręſentia non occurrunt. vtetur etiã verbis minus integris. dum tamen res ipſa doceat atq; diſcatur integre. & hoc quidem non ſolum in collocu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tionibus ſiue fiant cum alquo vno.ſiue cum pluribus. verum etiam multo magis in populis quando ſermo promittitur.vt intelligamur inſtandum eſt.Qui in col=locutionibus eſt.cuiqꝫ interrogandũ poteſtas. ubi aũt omnes tacent ut audiatur vnus. & in eum inteta ora conuertũt.ibi ut reqrat vnuſquiſqꝫ quę nõ ĩtellexerit. nec moris eſt nec decoris.ac per hoc debet maxime ta centi ſubuenire cura dicentis. Solet autem motu ſuo ſignificare vtrum intellexerit cognoſcendi auida mul=titudo.quę donec ſignificet uerſandum eſt quod agit̃ multimoda uarietate dicendi. quę in poteſtate nõ ha=bent qui pręparata & ad uerbum memoriter retenta pronunciãt.Mox autem ut intellectum eſſe cõſiſterit. aut ſermo ſumendus eſt.aut in alia tranſeũdum. Sicut enim gratus eſt qui agnoſcenda enubilat.ſic oneroſus qui cognita inculcat.

DE OPTIMO MODO DICENDI.ET QVID OPORTEAT PRAEDICATOREM IN DI=CENDO OBSERVARE. Ca. XXXI.

e St autem optimus modus dicẽdi. qui fit ut qui audit uerum audiat. & quę audit intelligat.bo=norumqꝫ ingeniorum inſignis eſt indoles. in verbis verum amare.non verba. Quid enim prodeſt clauis aurea. ſi aperire quę uolumus non poteſt. aut quid obeſt lignea.ſi hoc poteſt.quãdo nihil quęrimus niſi vt pateat quod clauſum eſt? Dixit ergo quidã elo=quens.& verum dixit.ita debere eloquẽtem loqui vt doceat.vt delectet.vt flectet. Deinde addidit. Docere neceſſitatis eſt.delectare ſuauitatis. & flectere victo=rię.Horum trium quod primo loco poſitum eſt.hoc eſt dicẽdi neceſſitas.in rebus eſt cõſtituta q̃s dicimus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reliquâ duo in modo quod dicimus. Prorſus hęc ſit in docendo eloquentia. non ut libeat quod horrebat. aut vt fiat quod pigeat. ſed ut appareat q̄d latebat. Quod ſi etiam delectare vult eum cui dicit aut flectere. non quocumq; modo hoc dixerit. ſed intereſt quomodo dicat ut faciat. Sicut eſt autem ut teneatur ad audiẽdũ delectandus auditor. ita flectendus ut moueatur ad agendum. & ſicut delectatur ſi ſuauiter loqueris. ita flectetur ſi amet quod polliceris. timeat quod mĩaris. oderit quod arguis. quod commendas amplectit̃. q̄d dolendum exaggeras doleat. cum quid lętandũ prędicas gaudeat. miſereatur eorum. quos miſerãdos ante oculos dicendo conſtituis. fugiat eos quos cauendos terrendo prępponis. & quidquid aliud grandi eloquentia fieri poteſt. ad commouendos animos auditorum. non quid agendum ſit ut ſciant. ſed quod agant. quę agendum eſſe iam ſciunt. Oportet ergo eloquentem eccleſiaſticum quando ſuadet aliquid quod agendum eſt. nõ ſolum docere ut inſtruat. & delectare ut ueniat. verum etiam flectere ut uincat.

DE TRIPLICI GENERE LOCVTIONIS. QVOD ROMANI DOCTOR ELOQVII ITA DISTINXIT. Ca. XXXII.

a D hęc enim tria ideſt ut doceat. delectet. ut flectat. etiam illa tria uidentur pertinere uoluiſſe idem ipſe Romãi author eloquij. cum totidem dicit. Is erit igit̃ eloquens. qui poterit parua ſummiſſe. modica temperate. magna granditer dicere. tanquam ſi adderet illa etiam tria. & ſic explicaret unã eãdemq; ſentenciam dicens. Is erit ergo eloquens. qui ut doceat poterit parua ſummiſſe. vt delectet modica tẽperate. vt flectat magna dicere granditer. Hęc autem tria ille ab eo dicta ſunt in cauſis forenſibus poſſet oſtendere.

non autem hic.hoc eſt in eccleſiaſticis quęſtionibus in quibus huius quem volumus īformare ſermo uerſat̄. In illis enim ea parua dicuntur.vbi de rebus pecuniariis iudicandum eſt. ea magna. ubi de ſalute ac capite omnium.ea vero vbi nihil iudicandum eſt nihilqꝫ agit̄ vt agat ſiue diſcernat. ſed tantummodo vt delectetur auditor inter vtrumqꝫ.quorū media & ob hoc modica hoc eſt moderata dixerit.modicis enim modis nomen poſuit.nam modica pro paruis abuſiue non proprie dicimus .in iſtis autem noſtris quando quidem omnia maximeqꝫ de loco ſuperiore dicimus. populis ad hominum ſalutem.nec temporariam. ſed ęternā referre debemus.vbi etiā cauendus eſt ęternus interitus.oīa ſunt magna quę dicimus. vſqꝫ adeo ut nec de ipſis pecuniariis rebus vel acquirendis vel amittendis parua videri debeant.quę doctor eccleſiaſticus dicit. Siue ſit illa magna ſiue parua pecunia.Neqꝫ enim parua eſt iuſticia.quam profecto & paruo pecunia cuſtodire debemus.dicente domino.Qui in minimo fidelis eſt. & in magno fidelis eſt.Quod ergo minimum eſt.minimum eſt.ſed in minimo fidelem eſſe magnum eſt.

QVANDO SVMMISSO GENERE. ET QVANDO TEMPERATO. QVANDOque grandi vtendum ſit. Ca. XXXIII.

T tamen cum doctor iſte debeat rerum dictor
a eſſe magnarum. non ſemper eas debet grādit̄ dicere.ſed ſummiſſe cum aliquid docetur. temperate.cum aliquid vituperatur ſiue laudatur.cū uero aliquid agendum eſt.& ad eos loquimur qui hoc agere debent.nec tamen volunt. tunc ea quę magna ſunt dicenda ſunt granditer. & ad flectendos animos congruenter .& aliquando de vna eademqꝫ re magna & ſummiſſe dicitur ſi docetur. & tēperate ſi prędicatur.

t

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& grāditer ſi auerſus inde animus ut conuertatꝰ impel litur. Quid enim deo ipſo maius eſt? Nunquid ideo diſcitꝰ aut qui docet unitatē trinitatis. debet niſi ſummiſſa diſputatione agere. vt res ad dinoſcendum difficilis quantum datur poſſit intelligi? Nūquid hic ornamēta & nō documenta quęruntur? Nūquid vt aliquid agat eſt flectendus vel auditor. & nō ut diſcat potius inſtruendus? Porro cum laudatur deus ſiue de ipſo. ſiue de operibus ſuis. quāta facies pulchre ac ſplēdide dictionis ſuboritur ei qui poteſt quantū poteſt laudare. quē nemo conuenienter laudat. nemo q̄modocūq; laudat. At ſi non colatur aut cum illo vel etiam pro illo colantꝰ idola ſiue dęmonia. ſiue quęcumq; creatura quantum hoc in malū ſit. atq; ut ab hoc malo auertantꝰ homines. debet vtiq; granditer dici.

EXEMPLA IN APOSTOLO. DE PRAEDICTIS GENERIBVS TRIBVS. Ca. XXXIIII.

s Vmmiſſę dictionis exemplum eſt apud apl'm Paulum. (vt planius aliquid cōmemorem) ubi ait ad Galathas. Dicite mihi ſub lege nolentes eſſe. legem non legiſtis. Scriptum eſt enī quō Abrahā duos filios habuit. vnum de ācilla. & vnum de libera. ſed qui de ancilla ſecundum carnem natus eſt. qui aūt de libera per repromiſſionem. quę ſunt per allegoriā dicta. hęc enim ſunt duo teſtamēta. & cętera. Item ubi rationatur. et dicit. Fratres ſecundum hominem dico. tamen hominis confirmatum eſt teſtamentum. nemo

irritum facit aut ſuperordinat. Abrahę dictę ſunt pro-
miſſiones et ſemini eius. non dicit & ſeminibus quaſi
in multis. ſed tanquã in vno. & ſemini tuo qui eſt Chri
ſtus. Hoc autem dico teſtamentum cõfirmatum a deo
poſt quadringentos. & triginta annos facta eſt lex. nõ
infirmat ad euacuandas promiſſiones. Si enim ex lege
hereditas. iam non ex promiſſione. Abrahę autem per
repromiſſionem donauit deus. Et quia occurrere po-
terat audientis cogitationi. vt quid ergo lex data eſt.
ſi ex illa non eſt hereditas. ipſe ſibi hoc obiecit atq; ait.
velut interrogans. Quid ergo lex? Deinde reſpondit.
Tranſgreſſionis gratia poſita eſt. donec veniret ſemẽ.
cui promiſſum eſt. diſpoſita per angelos in manu me-
diatoris. & cętera. Pertinet ergo ad docendi curã non
ſolum aperire clauſa. & nodos ſoluere quęſtionũ. ſed
etiam dum hoc agitur aliis quęſtionibus quę fortaſſis
inciderint. ne id quod dicimus improbetur per illas
aut refellatur occurrere. ſi tamen ipſa eorũ ſolutio pa-
riter occurrerit. ne moueamus quod auferre non poſ-
ſumus. Fit autem vt cum incidẽtes quęſtioni alię quę-
ſtiones & alię rurſus incidentibus incidentes pertra-
ctantur atque ſoluuntur. in eam longitudinem ratio-
cinationis extendatur intentio. vt niſi memoria pluri
mum valeat atque vigeat. ad caput vnde agebatur.
diſputator redire non poſſit. Valde autem bonum eſt.
vt quidquid contradici poteſt. ſi occurrerit refutetur.
ne ibi occurrat vbi non eſt qui reſpondeat. aut preſenti
quidem ſed tacenti occurrat. & minus ſanatus abſce-
dat. In illis autem apoſtolicis verbis dictio eſt tempe-
rata. ſeniorem ne increpaueris. ſed obſecra ut patrem
(iuniores ut fratres. anus vt matres.

aduleſcentulas ut ſorores. & in illis. Obſecro autē vos
fratres per miſericordiam dei. vt exhibeatis corpora
veſtra hoſtiam viuam. ſanctam. deo placentē. & totus
fere ipſius exhortationis locus temperatum habet lo-
cutionis genus. vbi illa pulchriora ſunt. vbi propria
propriis tanquam debita reddita decenter excurrunt.
ſicuti eſt. Habentes dona diuerſa ſecundum gratiam
quę data eſt nobis. ſiue prophętiam ſecundum regulā
fidei. ſiue miniſterium in miniſtrando. ſiue qui docet
in doctrina. ſiue qui exhortatur in exhortatione. qui
tribuit in ſimplicitate. qui pręeſt in ſollicitudie. qui mi-
ſeret̃ in hilaritate. & cętera. Et aliquanto poſt. Reddite
inquit omnibus debita. cui tributum tributū. cui vecti
gal vectigal. cui timorem timorē. cui honorē honorē.
Quę membratim fuſa clauduntur etiam ipſo circuitu.
quem duo mēbra contexunt. nemini quidquā debea-
tis. niſi vt inuicem diligatis. Grandi autem dicendi ge-
nus hoc maxime diſtat ab iſto genere tēperato. quod
non tantum verborum ornatibus ceptum eſt. quā vio-
lentum eſt animi affectibus. Nam capit etiam illa orna
menta pene omnia. ſed ea ſi non habuerit. nō requirit.
Fertur enim impetu ſuo. & elocutionis pulchritudinē
ſi occurrerit. ui rerum rapit. non cura decoris aſſumit.
Satis eſt enim ei propter quod agitur. vt verba cōgru
entia non oris eligantur induſtria. ſed pectoris ſequāt̃
ardorem. Nam ſi aurato gemmatoq; ferro vir fortis ar
metur. intētiſſimus pugnę. agit quidem illis armis q̇d
agit. nō quia p̄cioſa. ſed quia arma ſunt. Ait apoſtolus.
vt pro euangelico miniſterio patiēter mala huius tem-
poris cum ſolatio donorū dei omnia tolerent̃. Magna
res eſt. & grandit̃ agitur. nec deſunt ornamēta dicēdi.
Ecce nunc inquit tempus acceptabile. ecce nunc dies
ſalutis. nullam in quoquam dantes offenſionem. vt nō
reprehendatur miniſterium noſtrum. ſed in omnibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

commendantes noſmetipſos ut dei miniſtros in multa patiētia. in tribulationibus. in neceſſitatibus. & cętera quę perſequi longum eſt. Itemq; ad Romanos ait. vt perſecutiones huius mūdi charitate uincant ſpe certa in adiutorio dei. Ait autē et grāditer et ornate. Scimus quō diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui ſecundum propoſitū vocati ſunt ſancti. quoniā quos ante pręſciuit & prędeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. & reliqua quę in eodem capitulo ſequuntur.

QVOMODO DEBEANT INTER SE HAEC TRIA GENERA PERMISCERI. Ca. XXXV.

i Ntereſt enim quod genus cui generi interponatur vel adhibeatur certis & neceſſariis locis. Nam quando prolixa eſt in vno genere. minus detinet auditorem. cum vero ſit in aliud ab alio tranſitus. etiam ſi longius erat decētius procedit oratio. In grādi ergo genere ſemper aut pene ſemper tēperata decet eſſe pricipia. & in poteſtate eſt eloquētis ut dicāt nōnulla. nonnulla etiam quę poſſent granditer dici. vt ea quę dicuntur granditer. ex illorum fiant cōparatione grādiora. & eorum tanquam vmbris luminoſiora reddātur. In quocumq; autem genere aliqua quęſtionum vincla ſoluenda ſunt. acumine opus eſt quod ſibi ſummiſſum genus proprie vendicat. ac per hoc eo genere vtendū eſt. & aliis duobus generibus quādo eis iſta incidunt. ſicut eſt laudandum aliquid uel vituperandū. vbi nec damnatio cuiuſquam. nec liberatio nec ad actionem quamlibet aſſenſio requiritur. In quocūq; alio genere occurrit. genus adhibendum & interponendū eſt temperatum. In grandi ergo genere inueniunt locos ſuos duo cętera. & ſummiſſo ſimiliter. Sicut dixi. q̄ſtio cuius nodus ſoluendus eſt incurrat. vel quando nulla quę ornari poſſent. ideo nō ornantur. vt quibuſdam q̄rum

thoris ornamentorum prębeant eminẽtiorem locum.
Summiſſum genus dicendi ſilentes docet. & tempera
tum genus delectatione ſua acclamationes audientiũ
excitat. grande autem genus plerumqꝫ pondere ſuo
voces premit. ſed lachrymas exprimit. & hoc vnde niſi
quia ueritas ſic demonſtrata. ſic defenſa. ſic inuicta de-
lectatᷣ? Iſte ergo doctor noſter & dictor magnopere cu
rare debet. ut non ſolum intelligentur. uerum etiam
libenter & obedienter audiatur. idqꝫ uerbis agat. ut
veritas pateat. veritas placeat. ueritas moueat. quo-
niam nec ipſa quę precepti finis & plenitudo legis eſt.
charitas ullomodo recte eſſe poteſt. ſi ea quę diligũtur
non uera ſed falſa ſunt. Sicut autem cuius eſt pulchrũ
corpus. & deformis eſt animus. magis eſt dolendus.
quam ſi deforme haberet corpus. ita qui eloquenter
ea quę falſa ſunt dicunt. magis miſeranda ſunt. quam
ſi talia deformiter dicerent.

QVID SIT SAPIENTER ET ELOQVENTER DICERE. ET QVOD ALIENVM NON DICAT QVI AB ALIO PROLATA BENE VIVENDO PRAEDICAT. Ca. XXXVI.

qVid ergo eſt non ſolum eloquẽter. uerũ etiam
ſapiẽter dicere. niſi uerba in ſummiſſo genere
ſufficientia. in temperato ſplendentia. in grãdi
vehementia. ueris tamen rebus quibus audiri oporte
at adhibere? Sed qui vtrumqꝫ non poteſt. dicat ſapien-
ter. quod non dicat eloquenter. potius quam dicat elo
quenter. quod dicit inſipienter. Si autem nec hoc
qui dem poteſt ita cõuerſetur. ut nõ ſolum ſibi pręmi
um comparet. ſed et prębeat aliis exemplũ. & ſit eius
quaſi copia dicendi. forma viuendi. Sunt ſane quidam
qui bene pronuntiare poſſunt. quid autem pronuntiẽt

cogitare non poſſunt. quod ſi ab aliis ſumant eloquēt ſapienterq; conſcriptum memorieq; commendēt. atq; ad populum proferant. ſi eam perſonam gerunt. non improprie faciunt etiam. Sic enim quod profecto utile eſt multi prędicatores ueritatis fiunt. nec multi magi⸗ ſtri. ſi unius rei mgr̄i. idip̄m dicāt oēs. & ſint in eis ſciſ⸗ mata. nec deterrendi ſūt iſti uoce Hierēię ꝓphętę. per quē deus arguit eos q̄ furantur uerba eius. unuſq̄ſq; a proximo ſuo. Qui enim furantur. alienum rapiunt. verbum autem dei non eſt alienum ab eis qui obtem⸗ perant ei. potiuſq; dicit ille aliena. qui cum dicit bene. viuit male. Quicumq; enim bona dicit. eius videntur excogitari ingenio. ſed ab eius moribus aliena ſunt. Eos itaq; dixit deus furari uerba ſua. qui boni uolunt videri. loquendo quę dei ſunt. cum mali ſunt. faciēdo quę ſua ſunt. Cum uero boni fideles bonis fidelibus hanc operam accommodant. utriq; ſua dicunt. quod & deus ipſorum eſt cuius ſunt illa quę dicuntur. & ea ſua faciunt. quę non ipſi componere non potuerūt. qui ſecundum illa compoſite viuunt.

DE DISCRETIONE DOGMATVM IVXTA QVALITATEM AVDITORVM. Ca. XXXVII.

hOc quoq; noſſe conuenit unumquemq; catholicum doctorem quomodo ſibi conciliet ſui ſermonis authorem. ut dum ſciat per ſupradictā rationem modos locutionum & ſpecies. bene diſpen⸗ ſando fructus inueniat ſuę prędicationis & laudes. Cū enim oratio in ſe exhibet perfectionem. neceſſe eſt ut perpendat auditorum qualitatem. quia ut reuerendę memorię Gregorius Naçançenus edocuit. non una eademq; cunctis exhortatio congruit. quia nec cūctos

par morum qualitas aſtringit. Sępe namq; alios offen-
dunt quę aliis proſunt. quia plerumq; herbę quę hęc
animalia nutriunt. alia occidunt. & lenis ſibilus equos
mitigat. catulos inſtigat. & medicamentum qd' hunc
morbum imminuit. alteri vires iniungit. & panis qui
vitam fortiũ roborat. paruulorum necat. Pro qualitate
ergo audientium formari debet ſermo doctorũ. ut per
ſingula ſingulis congruat. & a communis ędificatõnis
arte nunquam recedat. Quid enim ſunt intentę mẽtes
auditorum. niſi (vt ita dixerim) quędam in cythara ten
ſiones ſtratę chordarum? Quas artifex tãgendo vt nõ
ſibimetipſis diſſimile canticum faciant. diſſimiliter pul
ſat. & idcirco chordę conſonam modulationẽ reddũt.
quia vno quidem plectro. ſed non vno impulſu feriũt.
Vnde & doctor quiſq; vt in vna cunctos virtute chari-
tatis ędificet. examinata doctrina non vna eadem ex-
hortatione corda audientium tangere debet.

Aliter namq; admonendi ſunt uiri. aliter fœminę. qa
illis ſecundum ſexum ſuum grauia. iſtis vero iniungẽ-
da ſunt leuiora. vt illos magna exerceant. iſtos uero le
uia demulcendo conuertãt. Aliter iuuenes. atq; aliter
ſenes. quia illos plerumq; ſeueritas commonitionis ad
perfectum dirigit. iſtos uero ad meliora opera depre-
catio blanda componit. Aliter inopes. atq; aliter locu-
pletes. illis namq; conferre conſolationis ſolatiũ cõtra
tribulationem. iſtis uero inferre metum contra elatio-
nem debemus. Plerumq; tamen habitum perſonarum
permutat qualitas morum. ut ſit diues humilis. paup
elatus. vnde mox prędicantis lingua cum audiẽtis de-
bet uita opponi. ut tãto diſtrictius in paupere elationẽ
feriat. quãto eum nec illata paupertas inclinat. & tãto
lenius humilitatem diuitum mulceat. quanto eos nec
habundantia quę ſubleuat exaltat. Aliter admonendi

ſunt lęti. atq; aliter triſtes. Lętis uidelicet inferēda ſunt triſtia. quę ſequuntur ex ſupplicio. triſtibus uero infe=renda ſunt lęta. quę ꝑmittunť ex regno. Aliter ſubditi atq; aliter pręlati. illos ne ſubiectio conterat. iſtos ne locus ſuperior extollat. illi ne minus impleāt quę iubēť. iſti ne plus iuſto iubeāt quam compleanť. Aliter ſerui atq; domini. ſerui quidem ut ſemper humilitatem condicionis aſpiciāt. domini uero ut naturę ſuę quę q̄liter ſunt cum ſeruis conditi. memoriam non amittant. Iſti admonendi ſunt. ut ſciant ſe ſeruos eſſe dominorū. illi admonendi ſunt ut cognoſcant ſe cōſeruos eſſe ſeruo=rum. Aliter admonendi ſunt ſapiētes huius ſęculi. atq; aliter hebetes. Sapiētes qnippe admonendi ſunt. ut nō amittant ſcire quę ſciunt. ebetes quoq; ut appetāt ſcire quę neſciunt. illi ut ſtultam ſapientiam deſerant. & ſa=pientiam dei non ſtultam diſcant. iſti uero ut ab ea quę putatur ſtulticia. ad ueram ſapientiā uicinius currant. Aliter impudētes admonēdi ſunt. atq; aliter uerecūdi. illos namq; ab impudicicię uicio non niſi increpatio dura compeſcit. iſtos autem plerumq; ad melius exhor=tatio modeſta componit. illi ſe delinquere niſi etiam a pluribus increpentur. iſtis plerumq; ad conuerſionem ſufficit. quia eis doctor mala ſua ſaltim leniter ad mēoriā reducit. Aliter admonendi ſunt proterui. atq; aliter puſillanimes. Illi enim dū ualde de ſe pręſumūt. exprobrādo cęteros dedignanť. iſti aūt dū nimis infirmitatis ſuę ſunt conſcij. plerūq; in deſperationē cadunt. Aliter admonendi ſunt impacientes. atq; aliť pacientes. Dicēdum nāq; eſt impaciētibus. quia dū frenare ſpm̄ negligunt. per multa etiā quę nō appetunt in iniquitatū ab=rupta rapiuntur. quia videlicet mentē impellit furor. quo nō trahit deſideriū & agit cōmota uelut neſciens. vnde poſt doleat ſciens. Dicendū itaq; eſt patientibus. vt ſtudeant diligere quod ſibi neceſſe eſt tolerare. ne ſi

pacientiam dilectio non ſequitur in deteriorem culpã odiĳ virtus oſtenſa uertatur. aliter admonendi beniuoli. atq; aliter inuidi. admonendi namq; ſunt beniuoli vt ſic alienis bonis gaudeant. quatenus habere propria concupiſcant. ſic proximorum facta diligendo laudẽt. vt ea etiam imitando multiplicent. quia nihil mercedis ſibi agunt. ſi ea quę diligunt inquantum poſſunt non imitanť. Admonendi ſunt inuidi. ut perpendant quãtę cęcitatis & ifœlicitatis ſunt. q alieno profectu deficiũt. aliena exultatione contabeſcunt. qui melioratione ꝓxi mi deteriores ſunt. Aliter admonendi ſunt ſimplices. atq; aliter impuri. laudandi ſunt ſimplices. ut ſtudeant nunquam falſa dicere. ſed admonendi ſunt. nt nouerĩt nonnunquam vera reticere. vt ſimplicitatis bono prudentiam adiungant. quatenus ſic ſecuritatẽ de ſimplicitace poſſideant. vt circumſpectionem prudentię non amittant. At contra admonẽdi ſunt puri. vt quã grauis ſit culpa quam ſuſtinẽt. duplicitatis laborem agnoſcãt. Dum enim deprehendi metuũt. ſemper improbas deffenſienos quęrunt. Aliter admonendi ſunt incolomes atq; aliter ęgri. Admonendi ſunt incolomes. ne oportunitatem ſalutis in perpetuũ promerende deſpiciant. ne placere deo ſę cum poſſint noluerint. cum voluerint ſero non poſſint. At contra admonendi ſunt ęgri. vt & ſe filios dei ſentiant. quoniam illos diſciplinę flagella caſtigant. niſi enim correctis hereditatem dare diſponeret. erudire eos per moleſtias non curaret. Aliter admonendi ſunt qui flagella metuũt. & propterea innocenter viuunt. Atq; aliter qui ſic in iniquitate durauerunt. vt neq; per flagella corrigantur. Dicendum namq; eſt his qui propterea bona faciunt. quia tormentorum mala metuunt. quia nullam ſpiritus libertatem tenent. Nam niſi pœnam non metuerent. culpam procul dubio perpetrarent. Vn de luce clarius conſtat. qa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coram deo innocentia amittitur. ante cuius oculos a deſiderio peccatur. atqꝫ iniquus ab iniquitatibus nec per flagella compeſcitur. tanto acriore inuectione feriendi ſunt. quanto maiore inſenſibilitate durauerũt. Aliter admonendi ſunt nimis taciti. aliter multiloquio vacantes. Inſinuari namqꝫ nimis tacitis debet. quia dũ quędam vicia incaute fugiunt. oculte deterioribus implicentur. Nam ſępe linguam quia immoderatius frenant. in corde grauius multiloquium tolerent. At contra admonendi ſunt multiloquio vacantes. vt vigilant inſpiciant a quanto rectitudinis depereunt. dum per multiplicia verba dilabuntur. Aliter admonendi ſunt pigri. atqꝫ aliter pręcipites. Illi namqꝫ ſuadendi ſunt. ne ad augenda bona.

QVAE VIRTVTVM SPECIES CONTRARIAE SINT SINGVLIS SPECIEBVS VICIORVM.

Ca. XXXVIII.

h Aec igitur tanto cõgruentius vnuſquiſque pręedicator valet exprimere. quãto ueratius ſpecies uirtutum & econtra uiciorum nouit diſcernere. ut cum ſingula ſingulis nouit opponere cuiqꝫ vulneri aptum poſſit medicamentum inuenire. Sunt ergo in virtutibus quędam ſpecies. quę quodammodo ex aliis ſpeciebus quaſi ex arboribus rami procedunt. quę quia ab vna virtutum radice generantur. in vno eiuſdem radicis ſtipite frondes pulcherrimi geſtantur. Sunt & econtrario in viciis quędã virulenta germina. de quibus omnis illa multitudo peſtifera nequiciarum generatur. & ſicut in uirtutibus aliæ ex aliis procedunt quaſi ex genitricibus proles (præcioſę. ſic & in iſtis quædam

quaſi neqſſimę ſoboles ex ſpurciſſimis matribus pro-
deunt. Sed quia cum uirtutibus uiciorū diuturna ſunt
bella utriuſq; malicię qui ſunt duces. quiq; eorum ſint
comites. ſpecialiter quantum poſſumus exponamus.
ita tamen vt quę uirtus. cum quo uicio proprie pugnā
gerat pariter oſtendamus. Nec enim aliter poſſumus
ignita uiciorum iacula deuitare. niſi ſciamus oportūa
virtutum tegmina illis opponere. ut ex ipſis defenſi.
proteruum illum exercitū ſimul cū eius ducibus Chri
ſto ſuper nos regnante poſſimus ſuperare. Temptātia
quippe uicia quę inuiſibili contra nos prelio regnanti
ſuper ſe ſuperbię militant. alia more ducum pręeunt.
alia more exercitus ſubſequūtur. Nec enim culpę oēs
pari acceſſu cor occupant. ſed dum maiores & paucę
neglectam mentem pręueniunt. minores innumerę ad
illam ſe cateruatī fundūt. Ipſa namq; uiciorum regina
ſuperbia. cum deuictum cor plene ceperit. mox illud
ſeptem principalibus uiciis quaſi quibuſdam ſuis du-
cibus deuaſtandum trahit. quos uidelicet duces exer-
citus ſequitur. quia ex eis proculdubio importunę ui-
ciorum multitudines oriuntur. Radix quippe cuncti
mali ſuperbia eſt. de qua ſcriptura atteſtante dicitur.
Inicium peccati ſuperbia eſt. Primę autē eius ſoboles
ſeptem nimirum principalia uicia. de hac uirulenta ra-
dice proferuntur. ſcilicet inanis gloria. inuidia. ira. tri-
ſticia. auaricia. uentris ingluuies. luxuria. Nam quia
his ſeptem uiciis ſuperbię nos captos doluit. idcirco
redemptor noſter ad ſpiritale liberatiōis prēliū. ſpiritu
ſeptiformis gracię plenus uenit. ſed habent contra nos
hęc ſingula exercitum ſuū. Nam de inani gloria. inobe
dientia. iactantia. hypocriſis. contentiones. pertinatię.
diſcordię. & nouitatum pręſumptiones oriuntur. De
inuidia odium. ſuſurratio. detractatio. exultatio in ad-
uerſis proximi. afflictio autē in proximis naſcitur. De

Hystr' d' ſeptem vicijs principalibus

ira rixa. & tumor mētis cōtumelię. clamor indignatio. blaſphemię ꝓferunt. De triſticia. malicia. rancor. pu⸗ ſillanimitas. deſperatio. torpor. circa p̄cepta. uagatio mentis. erga illicita naſcit̄. De auaricia. ꝓditio. fraus. fallatia. piuria. inquietudo. uiolentię. & contra miſeri⸗ cordiā obdurationes cordis oriūt̄. De uentris ingluuię. inepta lętitia. ſcurrilitas. immundicia. multiloquium. ebetudo ſenſus. circa intelligentiam propagatur. De luxuria. cecitas mentis. inconſideratio. inconſtantia. pręcipitatio. amor ſui. odium dei. affectus ſęculi prę⸗ ſentis. horror autē uel deſperatio futuri generat̄. Sed enumeratis ſeptem ſuperbię ſordibus quę uiciorum exercitum contra nos ducunt. uideamus quę ſint uir⸗ tutum duces. & agmina exercitus quę humilitatis au thor Chriſtus nobis pręſtat ad pugnandum contra uici- orum cohortes. & opponāus ſingulis ducibus vicioꝝ duces contrarios virtutum. exercitibuſq; exercitus. Duci igitur inani glorię contra ſtatuēda eſt dux humi⸗ litas. quę maxime generat in homine deſpectionē ſui. & contemptum caducarum rerum comitibuſq; eius comites cōtrarij ideſt inobediētię. obedientia. iactantię humilis profeſſio. ypocriſi ſimplicitas. cōtentioni inno centia. pertinacię ſubiectio. diſcordię pax. nouitatum pręſumptiōi. timor dei & honoratio patrū. Duci quoq; in uidię opponenda eſt dux beniuolētia. comitibus eius cōtrarij comites ideſt odio dilectio uera. ſuſurrationi. locutio uera. detractationi. pia laudatio. exultationi in aduerſis proximi cōpaſſio. in eius afflictioni in ꝓſperis ipſius leticia in ſoſpitate eius. Irę duci. cōtraria eſt dux manſuetudo. comitibuſq; eius illius comites. Iſtius tu⸗ mori mentis placiditas animi. contumelię benignitas. clamori grauitas verborū. indignatōni ſuauitas moꝝ. blaſphēię puritas oris. Triſticię nāq; duci. obſiſtit dux ſpiritalis lęticia exercituiq; eius exercitus iſtius. i. mali

cię bonitas.rancori lenitas.puſillanimitati longanimi-
tas. deſperationi perſeuerantia . torpori circa p̄cepta.
ſtudium ſpiritale.vagationi mentis erga illicita. inten-
tio diuinę lectionis. Auaricię duci.aduerſa eſt dux lar
gitas.agminibuſq; eius.agmina iſtius.ideſt proditioni
fides non ficta.fraudi ſinceritas.faliatię ueritas.piuriis
non iurare.inquietudini tranquillitas.violentię patiē-
tia. duricię miſericordia. Duci quippe caſtrimargię.i.
horrendę voracitati.contraria eſt dux abſtinentia. co-
hortibuſq; illius.cohortes iſtius.ideſt ineptę lęticię mo
deſtia.ſcurilitati ratio ſermonū.immundicię ſobrietas.
multiloquio taciturnitas. ebetudini ſenſus circa intel-
ligentiam. furor diſcendi ſapientiam . ſomnolentiæ
vigilātia.Luxurięq; duci.ac plebi eius. reluctatur dux
caſtitas cum plebe ſua. ideſt cecitati mētis contēplatio
dei.inconſiderationi prouiſio.inconſtantię conſtantia.
pręcipitationi continentia.amori ſui mortificatio deſi-
deriorū carnis ſuę.odio dei charitas perfecta dei. Ecce
hęc ſunt quę pręſulem animarum oportet ſcire.& quę
debet in prędicationis diuerſitate cuſtodire. vt ſollici-
tus infirmitates ſingulorū perpendat.& congrua eorū
vulneribus medicamina opponat. Sed cum magni ſtu
dij ſit vt exhortādis ſingulis ſeruiatur ad ſingula. cum
valde laborioſum ſit vnūquemq; de ꝓpriis ſub diſpen
ſatione debitę cōſiderationis inſtruere.longe tamē eſt
laborioſius auditores innūeros ac diuerſis paſſionibus
laborantes.vno eodēq; tēpore voce unius & cōmunis
exhortationis āmonere.Ibi quippe tanta arte vox tem
perāda eſt.vt cū diuerſa ſint auditorū uicia. & ſingulis
inueniant̄ cōgrua.& tamē ſibimetipſis nō ſint diuerſa.
vt inter medias paſſiones vno q̄dem ductu trāſeat. ſed
more ancipitis gladij.tumores cogitationū carnaliū ex
diuerſo latere incidat. quatenus ſic ſuperbis p̄dicetur
humilitas.vt tamē timidis nō augeat̄ metus.ſic timidis
infundat̄ auſteritas.vt tamen ſuperbis nō creſcat effre

natio.ſic ſollicitudo boni opis.vt tamen inquietis imo-
derate licentia nõ augeatur actiõis.ſic inquietis ponat̃
modus.vt tamen ocioſis nõ fiat torpor ſecurus.ſic ab
impatientibus extinguatur ira.ut tamen remiſſis ac le
nibus nõ creſcat negligentia.ſic lenes accendantur ad
zelum.vt tamen iracundis nõ addatur incendiũ.ſic te-
nacibus infundatur tribuendi largitas.vt tamẽ ꝓdigis
effuſionis frena minime laxentur.ſic prodigis p̃dicet̃
parcitas.vt tamen cõtinentes nõ reuocẽtur ad luxum.
ſic cõtinentibus laudetur virginitas.vt tamen in con-
iugibus deſpecta nõ fiat fęcunditas carnis.Sic p̃dicãda
ſunt bona.ne ex latere iubeantur et mala.ſic laudanda
ſunt bona ſumma.ne deſperẽtur ultima.ſic nutrienda
ſunt vltima.ne dum creduntur ſufficere nequaquam
tendatur ad ſumma.Curandũ eſt itaqꝫ prędicatori.q̃ti-
nus ſic tergatur triſticia quę uenit ex tempore.vt non
augeatur lęticia quę ſperſione.& ſic frenetur lęticia q̃
ex ſperſione eſt.vt tamen nõ creſcat triſticia quę venit
ex tempore.ſic itaqꝫ in iſto reprimatur ſubito aborta
formido.vt tamen nõ excreſcat enutrita diu pręcipita-
tio.ſic in illo reprimatur diu aborta pręcipitatio.ut ta-
men nõ valeſcat impreſſa ex conſperſione formido.

QVOD OPORTEAT POSTVLARI A DOMI-no poſſibilitas prędicandi. Ca. XXXIX.

e T hęc ſe poſſe ſi potuerit.& inquãtũ potuerit.
pietate magis orationũ qñ oratorũ facultate
nõ dubitet.ut orãdo pro ſe ac pro illis quos eſt
allocuturus.ſit orator ãteq̃ʒ dictor.Ipſa hora iã vt dicat
accedẽs.priuſq̃ʒ exerat ꝓferentẽ linguã.ad deũ leuet
aĩam ſitientẽ.vt ructet q̃d biberit.vl' q̃d ĩplerit fundat.
Cũ enĩ de vnaq̃qꝫ re q̃ ſcd'm fidẽ dilectionẽqꝫ tractãda
ſunt.ml'ta ſint q̃ dicãt.et ml'ti modi q̄bus dicãt ab eis q
hęc ſciũt.qs nouit qd ad p̃ſens tp̃s.ul' nobis dicere.vl' p
nos expediat audiri.nĩ q corda oĩm videt.et qs facit ut

quod oportet. & queadmodū oportet dicatur nobis. niſi in cuius manu ſunt & nos. et ſermones noſtri? Ac per hoc diſcat qui docet oīa q̄ docēda ſunt. qui et noſſe vult & docere facultatē dicēdi. quę ut decet uirū eccleſiaſticū cōparet. Ad horā uero ipſius dictionis illud potius bonę menti cogitet cōuenire. q̊d dn̄s ait. Nolite cogitare quomō aut qd loq̄mini. dabit̄ enim vobis in illa hora qd loq̄mini. nō enī uos eſtis qui loq̄mini. ſed ſp̄us patris veſtri qui loqtur in uobis. Si ergo loquit̄ in eis ſpiritusſanctus qui perſequētibus tradunt̄ ꝓ Chriſto. cur nō et in eis qui tradūt diſcētibus Chriſtū? Qui aūt dicit hoībus nō eſſe pręcipiēdū. quid uel queadmodū doceāt. ſi doctores efficit ſp̄ūſſc̄tūs. poteſt dicere. nec orandū eſſe nobis q̊d dn̄s ait. ſcit pater veſter qd uobis neceſſariū ſit priuſquā petatis ab eo. Siue aūt apud populū vel apud quoſlibet iāiāqꝫ dicturus. ſiue q̊d apud pplm̄ dicendū. vel ab eis qui uoluerint. aut potuerint legendū eſt dictaturus. oret ut deus ſermonē bonū det in os eius. Si enim regina orauit Heſter pro ſuę gentis tēporali ſalute locutura apud regē. ut in os eius deus congruū ſermonē daret. quātomagis orare debet. ut tale munus accipiat. qui pro ęterna hominū ſalute in doctrina & verbo laborat. Illi uero qui ea dicturi ſunt. quę ab aliis acceperūt. & antequā accipiant. orent pro ipſis a quibus accipiūt. vt eis detur quod per eos accipere volūt. & cū acceperint. orent vt bene & ipſi ꝓferant. & illi ad quos ꝓferant ſumāt. & ꝓſpero exitu dictionis. eidē gracias agant. a quo id ſe accepiſſe nō dubitant. vt qui gloriatur in illo glorietur. in cuius manu ſunt & nos et ſermones noſtri.

Explicit liber tercius Rabani Mauri de Inſtitutione clericorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DEDICATIO OPERIS.

Hęc tibi ſancte pat̃ deuote mūera trado.
  Quę tu dignanter qualiacumqꝫ cape.
Tu decus es noſtrum doctor ſummuſqꝫ ſacerdos.
  Dux ſacer. & princeps. lux. via. paſtor. honor.
Nam quia tu templum dedicaſti | martyris almi.
  Per ſeruum donum hoc martyr & ipſe dedit.
Nam eſt nonus decimus octingenteſimus annus.
  Ex qua ſaluator uenit in arua pius.
Qui te perfectum tribuat. faciatqꝫ beatum.
  Inſerat & lętum cœtibus angelicis.
Abbas namqꝫ meus. ueſterqꝫ fidelis amicus.
  Aegit & hęc uoluit reddere dona tibi.
Se totum atqꝫ offert. ſuaqꝫ omnia ſponte miniſtrat.
  Quem tecum ſummus ſaluet in arce deus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

QVOTA GENERATIONE LICITVM SIT CONNVBIVM.

d Omino vere ſancto ac beatiſſimo patri Humperto gracia dei Epiſcopo. Rhabanus uiliſſimus ſeruorum dei ſeruus. in Chriſto ſalutē. Nuper venerunt ad me litterę de tua ſanctitate directę. quę inter alia ex qbus mecum tua dilectio decreuit tentare. continebant de nupciis. vt quota generattone legitimum eſſe poſſet. tibi edicere. vbi & commemorabas te quędā capitula legiſſe Papę Gregorij ad Auguſtinum gētis Anglorum Epiſcopū. Nęc non et decreta Zacharię de eadem re. ſimiliter quoq₃ quid Iſidorus Ipſalenſis Epiſcopus in ethimologiis ſuis inde ſenſerit notum habere. & quid ego ſuper hęc oīa ſentirem. tibi a me reſcribi poſtulabas. Vnde ergo tūc videns quantitatem negocij. breuiter reſpondi. q̄d tāta res & ſpacium temporis. & ocium ſcribentis quęreret. nec cito me poſſe ad ea quę rogabas in multis occupatum condigne reſpōdere. ſed multorū dicta & ſacrorū librorum uolumina ante perſcrutari uelle. & ſic ad reſcribendum manum mittere. Sed cum poſtmodum te ſentirem ad promiſſa exequēda auidius āhelare. pręoccupaui tempus. & feſtinanter tuę uoluntati obtemperare decreui. Breuiter hęc cōmemorans. quę legiſſe me recordatus ſum. vel quę ſubito dictanti in mentem venerant. Igitur de nupciis quid licitum ſit vel illicitū. dominus per legem euangelium uel innotuit. qui bono coniugali uti conceſſit. atq₃ omne incęſtum & fornicationē oīno ꝓhibuit. Quomodo autē conſanguinitas honoranda ſit. liber leuiticus oſtendit. Locutus eſt dominus ad Moyſen dicēs. Loq̄re filiis Iſrahel. et dices ad eos. Ego dn̄s d's ur̄ iuxta conſuetudinē t̄rę ęgipti in q̄ hītaſtis nō facietis. et iuxta morē religionis Chananeę ad quā ego introducturus ſum uos nō agetis. nec in legitimis eorū ambuletis. facietiſq₃ iudicia mea. et prę

cepta ſeruabitis. & ambuletis in eis. Ego domius deus
veſter. cuſtodite leges meas atqꝫ iudicia. quę homo fa
ciens. uiuet in eis. Ego dominus. omnis homo ad proxi
mum ſanguinis ſui non accedat. ut reuelet turpitudinē
eius. ego dn̄s. Turpitudinem patris tui. et turpitudinē
matris tuę non diſcooperies. mater tua eſt. non reuela⸗
bis turpitudinem eius. Turpitudinē vxoris patris tui
non diſcooperies. turpitudo enim patris tua eſt. Turpi
tudinem ſororis tuę ex patre ſiue ex matre quę domi
vel foras genita eſt. non reuelabis. Turpitudinem filię
filij tui. vel neptis ex filia nō reuelabis. quia turpitudo
tua eſt. Turpitudinē filię vxoris patris tui quā peperit
patri tuo et eſt ſoror tua. non reuelabis. Turpitudinē
ſororis patris tui non diſcooperies. quia caro eſt patris
tui. Turpitudinem ſororis matris tuę non reuelabis.
eo quod caro ſit matris tuę. Turpitudinem patrui tui
non reuelabis. nec accedes ad uxorem eius. quæ tibi
affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuę non
reuelabis. quia vxor filij tui eſt. nec diſcooperies igno⸗
miniam eius. Turpitudinem vxoris fratris tui nō reue
labis. quia turpitudo fratris. tua eſt. Turpitudinē vxo
ris tuę & filię eius nō reuelabis. filiam filij eius. et filiā
filię illius nō ſumes. vt reueles ignominiam eius. quia
caro illius ſunt. & talis coitus īcęſtus ſunt. Sororē vxo⸗
ris tuę in pellicatū illius nō accipies. nec reuelabis tur
pitudinē eius. Cum enim dn̄s populum ſuum de conta⸗
minationibus gentiū uoluiſſet ſepare. primū generali
vocablo ad ꝓximitatē ſanguinis prohibuit quēquam
accedere. ne reuelaret turpitudinē eius. Deinde ipſam
generalitatem ferme in duodecim ſpecies ſubdiuiſit.
quę tamen vltra terciam vel quartam generationē nō
ꝓcedūt. ac ideo reor dn̄m Gregoriū papā Auguſtino
ītrogāti tcia lꝗrta generatiōe iā illicite cōubia iūgi re
ſpōdiſſe. Silr̄ et ī Theodori archiepi gētis āglorū capi
tulis. q̄ de neceſſariis rebus cōſcripſit. iuenius qd ī tcia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

propinquitate carnis ſecūdum Gręcos liceat nubere. in quinta uero ſecundū Romanos. qui tamē coniugia in tercia propinquitate facta non ſoluerent. ſi antea ab inſcientibus cōpacta fuiſſent. ęqualiterq̧ coniūngeret in matrimonia eis qui ſibi conſanguinei ſunt. & vxoris ſuę conſanguineis poſt mortem uxoris. Hunc autem Theodorū Tharſo Cylicię natū Vitellianus Papa Romę Epiſcopum ordinans Britāniam miſit. vnde & tam orientalium eccleſiarum conſuetudinibus pleniter inſtitutus fuerat. nec eum aliqua latere potuerunt. quę in obſeruatiōibus legitimis Gręci uel Romani eo tempore habuerunt. maxime cum in utraq̧ lingua pfecte inſtructus eſſet. Quod autē proximis temporibus Romanorū pontificum ſcripta continant uſq̧ ad ſextā uel ſeptimā generationē coniugij uſum differendū. magis ex cōſuetudine humana. quam ex lege diuina hoc eos percepiſſe credendū eſt. Quod ita ſentiens beatus Bonifacius martyr. noſterq̧ patronus. de eadē re Epiſcopos gentis ſuę credidit conſulendos. vt ipſi quidem in ſanctorum patrum ſentētiis inde explanatū inuenirēt. ſibi reſcriberent. Nam quod Iſidorus in ethimologiis ſuis uſq̧ ad ſextam generationē conſanguinitatis abſtinēdum. & ſic legitime connubio cōiungendū aſſeruit. inde reor eum feciſſe. quod genealogię ſeriē retexēs. quouſq̧ ordinē numerando perduxit. eo cognatiōem ſanguinis ſeruandam ęſtimauit. ſicq̧ ad nouationem generis & amicitię eius cōfirmādū redire ad cōnubiū ſanciuit. quādo iā cognationis ordo numerari deſiuit. Cęterum ante omnia conſiderādum eſt. ut ſic cenſura diſciplina temperetur. ne per immoderationem correptiōis. peccati cumulus augeatur. Scimus enim quod in lege cognationis ius obſeruare cōſtituit. ipſe in euāgelio fœdus coniugij non diſſoluendum pręcepit. ita ſane ut ſi quis dimitteret uxorem excepta cauſa forni-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

catiōis. faceret eā mœchari. & qui dimiſſam duceret. mœcharet. Sic & apl's eādē rationē ſequēs in epiſtola ſua. iuſſit mulierē a uiro non diſcedere. quod ſi diſce-
deret. manere innuptā. aut uiro ſuo reconciliari. Si enī ubicūq; aliquid ꝓximitatis uel cōſanguīitatis licet lon-
giquę. inter cōiugatos inuēiri poteſt. ſtatim matrimo-
niū diſſoluit. ne (reor) quod adulteriū & fornicatiōis ſcelus multiplicet. qui cum coniugato adoleſcenti uel iuueni ſocietas comparis ſuę denegatur. nec aliquid ei ſolatij impenditur. unde cōtinentiā ſeruare poſſit. libi-
dine inflāmatus p̲ diaboli inſtigationē multiplici forni catione forſan polluit ac ſic in precipiciū mortis ęternę anima demergit. Vnde apoſtolus huiuſcemodi uiciū amputare uolens. ſcripſit dicens. Bonum eſt mulierem non tangere. ꝓpter fornicationē aūt vnuſquiſq; uxorē ſuam habeat. uxori uir debitū reddat. ſimilit autem & uxor uiro. & paulo poſt. nolite fraudare inuicē. forte ex conſenſu ad tempus. ut vacetis orationi. & iterum. reuertimini ī idipſum. ne tēptet uos Sathanas propter incōtinentiā. His ergo omībus cōſideratis. bonū mihi uidet. ut legis diuinę conſtitutio inuiolata ſeruetur. & ſcandalū quātū ad hoīes ꝑtinet. ꝓ facultate uiriū decli netur. ubi aūt ſine maiori detrimēto ſcandalū toleret. qm̄ maximū ꝓpt   incaute iam efficiatur. Igitur quia a mea paruitate uoluiſti quid ſentirē de hac re tibi re-
ſcribi. ꝓpter īfirmitatē inſtantis tempis reor hoc quod Theodorus archeps̄ iter Gregoriū & Iſidorū medius incedens in ſuis capitulis diffiniuit magis ſequendum ut poſt quintā generationē iam licitū cōnubium fiat. quia lex diuina hoc cōtradicit. nec etiā ſanctorū patrū dicta hoc ꝓhibent. Si aūt & in quinta ab inſciis copula fuerit pacta. melius mihi uidetur ut cū pœnitētię humi liatiōe ſi ſe uxoratus cōtinere nō vult. deo ſatiſfaciat. & tamē ei prędicet q̄niā bonū ſit ut ab huiuſcēodi co-

pula ſemetip̄m abſtineat.ſi forte det illi d's pœnitētiā et reſipiſcat a diaboli laq̄is.gratāq; cōtinētię ſuę ſpōtanea volūtate oblationē poſtmodū offerat d'o.et ſic ni fallor cautela erit in iudicio.atq; iuſticia ſeruatur in facto.

De ſeptem ſignis nat. dn̄i

DE SEPTEM SIGNIS NATIVITATIS DOMINI

m Vlta dn̄s ſigna āte natiuitatē ſuā.p̄figuratione ſui aduētus in mundū p̄miſit.multa etiā in ipſa natiuitate oſtēdit.de q̄bus primū ſignū erat.q̄d
1 princeps vnus p̱ oēm orbē regnabat.q̄d nunquā antea fuerat.vnū totius creaturę dn̄m Chriſtū p̄nūtiās uen-
2 turę.Scd'm aūt ſignū erat.pax admirabilis ſuper omnē terrā.qualis nec ante nec poſtea nunq̄m fuerat.ueram mūdi pacē deſignās.quę eſt chriſtus ille qui fecit pacē
3 inter deū et hoies.Terciū ſignū fuit.quod cęſare cōcedente.captiuis abſolutis in q̄cunq; fuiſſent captiuitate poſſeſſio ꝓpria reddebat̄.& cenſū ſinguli reddere cęſari ꝓfitebātur qui triū denariorū habēs pēſionē.dragmatis nomine cenſebatur.hoc p̄ſignans quod genus humanū a captiuitate & dominio diaboli eſſet p̱ chriſtū liberandū.et ad patriā paradyſi ſi fidē ſc̄tē trinitatis
4 ꝓfiteat̄.reducendū.Quartū ſignū erat.quod una die .m.xxx.fere ſerui.qui ad ꝓprios redire dn̄os noluerūt poſt captiuitatē laxatā.hoc p̄nūcians.quod qui a uiciis
5 ad chriſtū redire noluerit.ęternalit̄ peribit.Quintum ſignū fuit.ſtella noua in oriēte orta.cuius ducatu magi ad chriſtū p̱uenerūt.cuius mira ſupra om̄es ſtellas claritas.dei gratiā ſignificat.per quā nō ſolū ex iudęis ſed & multo plures ex gentibus ad uitam qui chriſtus eſt
6 p̱ducūtur.Sextū ſignū eſt.circulus magnus aureo ſplēdens fulgore circa ſolem tota die illa natiuitatis chriſti ſignificans eū cuius ambitu excellētiſſimę etiā naturę
7 cōtinētur.Septm̄ ſignū erat.quod ipſa die tota riuulus olei in urbe Roma tranſtiberī largiter effluebat.ſigni-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ficans gratuitã miam dei. qua genus humanũ chriſtus uenit quęrere & ſaluare q̃d perierat. Hęc etiã ſeptem ſigna. ſeptem dona Spiritusſancti ſignificant.

DE ANTICHRISTO.

a Ntichriſtus quia chriſto ĩ multis cõtrarius erit: et chriſto cõtraria faciet. chriſtus uenit humilis ille ſupbus. Chriſtus pctõres et hũiles iuſtificauit. ille pctõres et impios exaltabit. ſemperq̃ uicia quę cõtraria ſunt docebit. legẽ euãgelicã diſſipabit. dęmonũ curã in mũdum reuocabit. gloriã uanam quęret. et omipotentẽ ſe nomĩabit. Hic antichriſtus itaq̃ multos habet ſuę malignitatis miſtros. ex quibus iam multi in md'o p̃ceſſeṙt. qualis fuit Antilocus Nero Dõicianus. nunc q̃q̃ nr̃o tempore antichriſtos multos eſſe nouĩus Quicũq̃ enĩ ſiue laicus. ſiue canonicus. ſeu etiã monachus. cõtra iuſticiã uiuit. et ordinis ſui regulã ĩpugnat. quod bonum eſt blaſphemat. antichriſtus eſt miniſter ſathane. Sicut ergo authores nr̃i dicũt antichriſtus ex pplo iudeorꝝ naſcit̃. de tribu Dan ſcd'm ꝓphetam dicẽtem. fiat Dan coluber in uia ceraſtes ĩ ſemita. Sicut enĩ in uia ſedebit et ĩ ſemita erit ut eos qui per ſemitã iuſticię ambulãt feriat. & ueneno ſuę nequicię occidat. Naſcetur aũt ex copulatione patris & matris. ſicut & alĳ homines. nõ ut aliqui dicuut de ſola uirgine. ſed tamẽ totus in peccato generabitur & in peccato naſcetur. In ipſo cõceptionis ſuę initio. diabolus ſimul introibit in uterũ matris ſuę & ex uirtute diaboli cõmouebitur. & cõcremabitur in uentre matris. & uirtus diaboli ſemꝑ cũ illo erit. Et ſicut in matrẽ domini noſtri Spũſſanctus uenit. & eam ſua uirtute obũbrauit. diuinitateq̃ repleuit ut de ſpirtuſancto cõciperet. & q̃d naſceretur diuinũ eſſet et ſctm̃. Ita q̃q̃ diabolus ĩ matrẽ antichriſti deſcẽdet. totã eã ĩplebit. totãq̃ circũdabit. et totã tenebit. totã interius exteriuſq̃ poſſidebit. ut diabolo ꝑ hoĩem

cooꝑante concipiat. et qđ natū erit totū ſit iniquū. totū
malū. totūqꝫ perditū. Vnde et ille homo perditionis ap
pellat̄. quia intantū potuit genus humanū perdere. &
ipſe in nouiſſimo perdet̄. Ecce qualit̄ naſcitur audiſtis.
audite etiā locū vbi naſci debeat. Nā ſicut dn̄s ac redē-
ptor noſter. Bethleē ſibi p̄uidit. vt ibi ꝓ nobis humani-
tatē aſſumeret. et naſci dignaret̄. Sic diabolus illi hōini
ꝑdito antichriſto locū nouit aptū. vnde radix oīm ma-
lorū oriri debeat. ſcilicet Babylonē p̄uidit. In hac enim
ciuitate q̄ quondā inclyta. glorioſaqꝫ urbs gētilium. et
caput gentiliū et regni Perſarū fuit. Antichriſtus naſce
tur. et in ciuitatibus Bethſaida et Coroçaim nutriri cō
ſeruare dicit̄. Quibus dn̄s ī euāgelio imꝓperat dicēs.
Ve tibi Bethſaida. ve tibi Coroçaim. Habebit aūt Anti
chriſtus magos. maleficos. diuinos. et incātatores. qui
eū inſpirāte diabolo mittentes docebūt oēm iniquitatē
et falſitatē. et maligni ſpūs duces ac ſocij eius erūt. ſem
per et comites indiuiſi. Deīde Hieruſalē ueniēs. om̄es
chriſtiāos q̄s ad ſe nō poterit cōuertere. ꝑ uaria tormē-
ta iugulabit. ſedēqꝫ ſuā in tēplo ſc̄to parabit. tēplū etiā
deſtructū qđ Salomō ędificauit deo. in ſtatu ſuo reſtau
rauit. et circūcidens ſe. filiū dei oīpotentis ſe eſſe men-
tiet̄. Reges enī et prīcipes ad ſe cōuertit. Deīde ꝑ illos
cęteros ppl̄os. Loca uero per quę dn̄s Hieſus Chriſtus
ābulauit. et prius deſtruet qđ dn̄s illuſtrauit. Deinde
ꝑ vniuerſum mundū nūcios mittet. p̄dicatoreſqꝫ ſuos.
prędicatio aūt eius et poteſtas pertinebit a mari vſqꝫ ad
mare. ab oriente vſqꝫ ad occidentem. ab auſtro uſqꝫ ad
ſeptemtrionē. faciet quoqꝫ ſigna multa magna et mira
bilia. et inaudita. faciet ignē de cęlo terribiliter venire.
arbores ſubito florere et areſcere. mare turbari et ſubi
to trāquillari. naturas in diuerſas figuras mutari. aq̄ꝝ
curſus et ordinē cōuerti. agitari aera uentis. et multio-
dis cōmotationibus. et cętera innūerabilia et ſtupēda.
vt in errorē inducant̄ etiā ſi fieri poteſt electi. Nā q̄niā

cū illa et talia ſigna uiderint. etiā illi qui pfecti et electi
dei ſunt dubitāt. vtrū ipſe ſit Chriſtus qui in fine mūdi
ſecundū ſcripturas uenturus ſit. an nō. Hec aūt omnia
miracl'a oībus modis eſſe p incātatōes diabolicas notū
eſt ſed pctōribus et īcredulis videnť eſſe xp̄a. Excitabit
vero pſecutiōm in Chriſtiāos. et in oēs electos ſub omi
celo. Eriget itaq̃ ſe cōtra fideles tribus modis. hoc eſt.
terrore. mūeribus. miracl'is. Dabit credētibus in ſe q̄ſi
habundātiā auri et argēti. q̄s uero nō poterit decipere
mūeribus. ſupabit terrore. Quos p terrorē non poteſt
vicere. ſignis et miracl'is tēptabit ſeducere. q̄s ſignis n̄
pōt illudere. in cōſpctō oīm miſerabili morte necabit.
tūc erit tribl'atio talis. q̄lis non fuit a tpe a q̄ gentes eſſe
ceperūt. vſq̃ ad tēpus illud. Tūc q̄cq̃ qui in agro ſunt fu
giūt ad mōtes. et qui ſup tectū nō deſcēdēt in domū vt
q̄d extollāt ī ea. Tūc oīs fidelis chriſtiāus. dm̄ negabit.
Aut p ferrū. aut p ignē fornacis. ſiue per beſtias. ſiue p
aliud q̄dlibet genus tormēti īteribit. ſi in fide pmāſerit.
Hec aūt tam t̄ribilis timēdaq̃ tribulatio tribus ānis ma
nebit in toto mūdo et dimidio anno. Tūc breuiabunť
dies ppter electos. et niſi dn̄s adbreuiaſſet illos nō fuiſ
ſet ſalua oīs caro. Tēpus ſiq̄dē qn̄ Antichriſtus ueniat.
vel qn̄ dies iudicij appareat. Paulus apl's in epiſtola ad
Theſſalonicēſes ait. Rogāus vos aduentū dn̄i nr̄i Hie=
ſu Chriſti māifeſtat eo loco vbi ait. Qm̄ niſi venerit diſ=
ceſſio primū et reuelatus fuerit hō peccati et filius pdi
tiōis. Scimus enī qm̄ poſt regnū Grecorū. ſiue Perſarꝝ.
ex q̄bus vnū ſuo tēpore magna gloria viguit. maxiaq̃
potētia floruit. ad vltimū quoq̃ poſt cetera regē qui re
gnū Romanorū cepit. q̄d fortiſſimū oīm regnorū fuit.
oīaq̃ regna terrarū ſub dn̄atione ſua habuit. oīs popu
lorū natiōes Romanis ſubiacebāt. ſeruiebantq̃ ſub tri=
buto. Inde ergo dicit apl's Paulus. Antichriſtū nō ante
venturū in mundū. niſi venerit diſceſſio primū. Hoc ē

niſi diſſenſerit. oĩa regna romão impio quę prius ſub-
dita erãt. Hoc aũt tẽpus nõdũ uenit. quia licet uideãus
romanũ impium ex maxĩa parte deſtructum. tanꝙ diu
reges francorũ durauerunt. qui romanũ impiũ tenere
debent. eius dignitas ſtabit. et ex toto non peribit. qm̃
in regibus ſuis ſtabit. Quidã nr̃i doctores dicũt. quod
unus ex regibus francoꝝ romanũ impium ex integro
tenebit. quod in nouiſſimo tẽpore erit. ipſeq́ erit maxi
mus & oĩm regũ ultimus. Qui poſtꝙ fœlicit̃ regnum
ſuũ gubernauerit. ad ultimũ Heruſalẽ ueniet. & in mõ
te oliueti ſceprrũ coronãq́ deponet. hic erit finis. & cõ
ſũmatio romãoꝝ chriſtianorũq́ imperij. Statĩq́ ſcd'm
p̃dictã apl'i antichriſtũ dicũt affuturꝝ. & tũc reuelabit̃
quidã homo Antichriſtus uidelicet. qui licet homo ſit.
fons tñ erit oĩm peccatoꝝ filius ꝑditionis. hoc eſt filius
nõ per naturã. ſed ꝑ imitationẽ qui ꝑ oĩa adĩplebit eius
uoluntatẽ. quia plenitudo diabolicę poteſtatis totius
mali ingenij corporalit̃ habitabit. in illo in q̃ er̃t omnes
theſauri iniqtatis. maliciẹq́ abſconditi. qui aduerſatur
.i. cõtrarius eſt chriſto. oĩbuſq́ mẽbris eius. et extollit̃
in ſupbia ſup̃ oĩe quod dicit̃ deus .i. ſuꝑ omnes deos
gentiũ Apollinẽ Iouem Mercuriũ. quos pagani deos
exiſtimant. Suꝑ omnes iſtos extollit̃ antichriſtus quia
maiorẽ fortiorẽq́ ſe eis faciet. & nõ ſolum ſuꝑ illos ex
tollitur. ſed etiã ſuꝑ oĩe q̊d colitur & ſctãm trinitatẽ.
q̃ trinitas ſolummõ colẽda. adorãdaq́ ab oĩ creatura
eſt. Ita ſe extollet. ut in tẽplo dei ſedeat. oſtendenſq́ ſe
tanꝙ ſit deus. nam ſicut ſup̃ diximus. in ciuitate Babi-
lonia natus. Hieruſalẽ ueniẽs circũcidet ſe dicẽs iudeis
ego ſum chriſtus uobis miſſus qui ad ſalutem ueſtram
ueni q diſpſi eſtis ut cõgregẽ et defendã. Tũc confluũt
ad eũ oẽs iudei eſtimãtes ſe deũ ſuſcipe. ſed ſuſcipiũt
diabolũ. Siue etiã in tẽplo dei ſedebit antichriſtus .i. in
ſctã eccleſia oẽs chriſtianos cupiẽs facere martyres.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& eleuabit᷑. quia in ipſo erit caput oīm malorū diabo-
lus. qui eſt rex ſup̱ oēs filios ſup̱bię. Sed ne ſubito nec
im̄pulſe ueniat antichriſtus. et totū ſimul humanum
genus ſuo errore decipiat et p̱dat. añ exortū eius duo
magni ꝓphęte mittuu᷑ in mūdum. Enoch et Elias. qui
cōtra impetum fideles dei p̄muniēt. inſtruentes eos et
cōfortabūtur. et p̄parabūt electos ad bellū. et p̄dicātes
tribus ānis et dimidio. filios aūt iſrahel quicūqꝫ eo tp̱e
fuerint inuenti hi duo prophetę magni et doctores ad
fidei gratiam cōuertent. et preſſuram tanti turbinis in
parte electorum inſup̱abilit᷑ reddent. Tūc implebitur
ſcriptura quę dicit. Si fuerit nūerus iſrahel ſicut arena
maris reliquię ſalue fiant. Poſtqꝫ tres annos et dimidiū
p̄dicationē ſuā cōpleuerit. mox incipiet excandeſcere
antichriſti perſecutio. et contra eos primum arma ſua
corripiet. eoſqꝫ īterficiet. ſicut in apocalipſi legit᷑. Et cū
finierint teſtimoniū ſuū. beſtia quę aſcendet de abiſſo
faciet aduerſus eos bellū. et vincēs int᷑ficiet eos. Poſtqꝫ
iſti duo interfecti fuerint. inde cęteros perſequēs fide-
les aut martyres glorioſos. aut apoſtatas faciet. et q̱cū-
qꝫ in eum crediderit ſignum characteris eius in frōte ac-
cipiet. Sed quia de prīcipio diximuus. quē finē habeat
dicamus. Hic itaqꝫ antichriſtus diaboli filius. totiuſqꝫ
malicię artifex peſſimus. cū per tres ānos & dimidium
ſicut p̱rędictū eſt. magna perſecutiōe totum mundum
vexabit. oēmqꝫ ppl'm uariis pœnis circumdabit. poſtqꝫ
Eliam et Enoch interficiet cęteroſqꝫ in fide p̱manentes
martyrio corōabit. ad ultimū ueniet ira dei ſup̱ illum.
ſicut beatus Paulus ſcribit dicēs. Quē dominus Hieſus
interficiet ſpiritu oris ſui. Siue dn̄s Hieſus potētia ſuę
viſionis illum. ſiue archāgelus Michael per virtutē dn̄i
noſtri Hieſu chriſti occidat. non per virtutē cuiuſlibet
angeli uel archāgeli. tradūt aūt doctores q̄d in monte
oliueti occidat᷑ antichriſtus in Babilone et in ſolio ſuo.

et in illo loco vbi domĩus aſcẽdit ad cęlos. Debetis aũt ſcire quia poſtquam fuerit Antichriſtus occiſus, non ſtatim erit dies iudicij, nec ſtatim uẽiet dñs ad iudiciũ. Sed expectat domĩus quoſdam ſicut ex libro Danielis intelleximus, qui ſeducti ſunt ut ad pœnitẽtiam reuertant. poſtq́ʒ vero pœnitentiã expleuerint. q̃ntum temporis ſit quouſq́ʒ dñs veniat. nemo eſt qui ſciat. ſed in diſpoſitiõe dei manet, quia ea hora ſęculum iudicabit, qua ante ſęcula iudicandum eſſe pręfixit.

Phorçe impreſſit Thomas Anſhelmi
Badenſis. ęre calchotypo. operaq́ʒ
caſtigatiſſima. Menſe Auguſto.
v. Cl'. Septembris. Anno. M.
D. V. ſub Illuſtri pricipe
Chriſtophero Seniore
Marchione Badenſi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf